

226
E 28

BAPTISTÆ MANTUANI
SECUNDÆ PARTHENICES OPUS

DEVENTR. J. DE BREDĀ

1502.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28

~~D.K.I. 86~~

226 E 28

N. Kn. 199

Jo. Fabulus

Baptiste Bâtuani vatis
prestantissimi diuinum se
cundè Parthenices opus; sacrostaneta; diuè vies
gmis Catharinae passionem heroico carmine il-
lustrans; non minus cultum & pium; ad. Dñm
Bernardum bembum patricium Venetum et
iureconsultum periculum.



Eclarissimo viro. D. Bernardo bembo patru
cio Veneto iureconsulto Frater Baptista Man
tuanus Carmelita. S. P. D.

Matissime virginis et martyris Catharinae vitam
nuper Romedum tu apud Innocentium Ponti
ficem maximum pro repu.tua splendidius orato
ris munus obires herlico carmine cōplexus suz
Opusculum ut mihi videatur pius magis q̄ ele
gans et immaturum potius q̄ prematurum. Nam mea in te
charitas tuis in me beneficij excitata dum tuo desiderio ni
mis ardenter satifacere cupis p̄termissa diuturne lime diligē
tia et labore corrigendi p̄cipitauit editionem. Sed age place
at celeritate si non placet eloquio. Quadraginta em̄ et non am
plius diebus opus absolutum est dum ppter estiuum iustici
um negotijs itermissis curamus ocia canicularia salubriter
cum aliqua studiorum fruge transigere Tibi igitur vir p̄stā
tissime liberisq̄ tuis libellus iste dicatus est ante tibi debitus
q̄ conditus munera tenuitatem poterunt excusare meus ins
gens animus et curta supellex. animi tui modestia ac summa
liberalitas que ab amico paupere renia precciosa non expectat
et de hoc hactenus Miroz projecto nec parum miror. de hac
tali actanta virgine in cuius laudes tota catholica certat eccl
esia nullam ab Eusebio Cesariensi episcopo cū de illis tem
poribus agit fieri mentionem. Crediderim id accidisse diabo
lo procurante et tati viri cogitationes aliorum flectente duz
sancissim⁹ christi martyris immortali glorie titul⁹ sc̄ semper
ternis inuidet. Et quod ille sanctitatis inimicus et public⁹
hostis innocentie. audientia sua prohibuit chartis inscribi
deus probitatis auctor et assertor sua prouidentia voluit fide
lium cordibus annotari. Nulla em̄ virgo post illam incom
ne sanctitatis antecedit Nomis eius Etymologia de praua /
ta est quodam qui eum librum cōposuisse dicitur cui legen
da aurea titulus est. Fuit em̄ vir ille iudicio meo pius quidem
sed nequaq̄ satis litteratus pius inq̄ q̄ diuina congeserit
illitteratus vero quoniam grecis vocabulis latinam: latinis:

Grecam. hebra ycis mixtam: nulli veram: omnibus confusaz:
obliquam confortam: falsamq; dederit interpretationem. Et
q; ita sanctorum nomina dum illustrare reputat sua delusus v;
ignorantia vel impudenti temeritate reddidit obscuriora: et
nisi putaretur peccasse per imperitiam putari posset de impie
tate condemnandus: vt pote qui sacrosanctam christi religi
onim recte interpretationis inversione voluerit cauillari: et nomi
num perturbatione sanctis illudere fanatico et somnianti simi
lis mostroso verborum deliramenta confinxit: que neq; ipse q;
per labylinthum tenebrose sue ignorantie circuactus nenia
illas balbutiebat: intellexit. adeo delirus adeo incompos sui
vt nesciret et se nescire que diceret. Quod si fortasse cuiq; plus
equo videbor excadescere pcor inibi veniam no negari si me
reor: nam cu considero hinc factu esse vt sanctoru; ritu cōtem
ptui pateant: vt sine risu vel stomacho legi no possint: et eoru
gesta summa veneratōe dignissima scriptoris virtus siccisse de
formata atq; de honestata vt ab homine latino q; sumnis relati
giose videantur indigna que elegantur: si egrefero: si damno: si
conqueror. habere me puto indignationis iuste materialia. Deh
buit ille vir id munus omittere quod ad imperitum no pertine
bat: vel peritos aliquando consuleres sicut prudentem viru de
cebat. vel prius discere q; docere. nedum ordine prepostero
vult esse magister ante q; discipulus nauci hominis nomen in
curreret sed fortasse putans errorem intelligentie pie voluntu
tis umbrare pretextu factus est in vtroq; reus et intellectu atq;
q; voluntate deficiens sibi ignominiam: sanctis iniuriam: fiz
dei facturam: simplicibus ignorantiam: doctis nauseam par
turiuit. Non igitur Catharina yniuersorum ruina sicut ille
fabulatus est interpretatur: sed vel a catharos quod e purus.
vel a catharizo purifico: vel a catareо defluo. vel a cata et rya
quod est riuus vox illa deflectitur. legimus enim apud Pli.
Hipponem aphricoppidum cuius episcopatum tenuit Au
gustinus a grecis catarytum appellari q; riuis et aquis eēt irri
gua. Quod uis horum dixeris recte dixeris. Uera enim semper
per cum agnoscuntur in omnibus amplectenda: at in huius
modi nominibus cum veritas latet ad verisimilia quelingue
alicuius peritiam sapient ab interprete configiendum est cas
uendumq; ne istius exemplo velut egris omnia vanesingatur
species: vt nec pes nec caput yni reddat form. Sed iaz sati

A **n**

de hoc superq; dictum. Et ut totam Parthenicem pruisque
perlegas uno summatis legas intuitu breve subiiciatur ar-
gumentum. Argumentum Catharina virgo egyptia A-
lexandriæ nata. Losto patre: qui fuit ex Lagidadarū familia.
sub Maximiano orientis prefecto vel sub Dapentio Da-
piani filio passa. Nam de auctore passionis ambiguntur sed
omnia fere exemplaria quæ leguntur in ecclesijs Dapentius
habent. superatis et ad fidem conuersis quinquaginta diser-
tissimis oratoribus causam chriſti tutata ē. diu squallore car-
ceris afflita longa inedia macerata. durissime cesa. Tandem
post xp̄oris regie et Porphyrii ducentorumq; militum con-
uerſionem contractis rotarum machinis decollata lac fudit
pro sanguine corpus eius in Sinam montem Arabie depor-
tatur ab angelis.

In epistola d. autoris libris alij sui p̄notada Videlz vita p̄ete est.
opus qualitas rarum. Intervit autoris. Et librorum numerus. Vita
nocte sahē manifesta dī. sī tū de eo merito dī p̄t quod. Omnia
et ceteri vates de vīce etulerūt qui roxe p̄nq; et forma
idecorūt sī ingenuo inapnūt et aū sp̄erofissimūt fuisse p̄li-
betur Verū d. allud p̄ octūt. Non vni dat mīta dīs
formosib; ut idem. Sit suu et prudens ac multa laude
desertus. Cum sp̄ene rarum dīs hūd venerabilis ornat:
Veribus eloquūt qui sit inreditor ut vīmūt. Titulus op̄t est
hūt qui et dī forma Videlz parthenice co p̄t et virginē rōfer-
tūt dī. Particulēt dī virgo dī. Inscribit autē sīdā q̄mā
scendo loco ed̄ta et q̄t dī sīdā virgē rōscripta: Catha-
rina ed̄ sīdā virgo dī p̄t q̄t p̄p̄mina p̄me Videlz
incomparabili virginis Marie sīdā quā p̄cipitāt tenet
inter virginicas ares. Crinalitas rarum dī ut autor ip̄t
protestat et rota est / rotund em̄ imp̄tos dorūt et homū
et cord quos veteris croas. Vorabat sermones dīlī tū
aliquanto remissior dī q̄d hī. q̄ maria bella secund vīroūt
armis gesta describit. neq; id in poete vīno sī dīna laude
ut q̄d vīz rēm p̄sonarūt rātoez habētūt. Intervit autoris
et plurib; vīb; et suamorib; modulis legendūt autē dī dīc xp̄is
laude et dīndāt p̄ceptuāt p̄titionēt dītare ut videlz per-
eūdēt dīle virgins dīrōphioez et honeste vīte quā p̄t
littere p̄ dīdā obseruatioez p̄ dei grand secund vīta cōsequen-
tūt eternūt q̄t p̄dēt dītūt q̄t vīdāt at charitate effētūt
sit xp̄ix mīne p̄t. Numerus librorū hūt dī vīdā sup̄poni
p̄tētēt tenetur enī si poete deligendūt attēding mīstētūt
nō denegabim̄

Fu... ipsius landis autoris aliqua

Fratris Gap. Mantuanii Carmelite theologi
ad magnificum. D. Bernardi bembum patrici
um Venetum et iureconsultum pericissimum se
cunda Parchenice incipit.



*O*stidis aggressi pugnam: tormenta: rotas
Atq; triumphato vicitia bella cyranno;
Detegimus fraudes: et numina falsa deorum

Sancta faue virgo tenuem cui carminis orsum
Vangimus: et vento venias ad rela secundo.
Veridicos cantus non ex helicone retuso
Porrigi. sed christi sacris de fontibus haustos
Da mihi non hedere non lauri vimine textam
Sed qualem tu diua geris de fronde coronam
Arboris eoz medio quam legimus horto
Spargere felicem ramis vitalibus umbras
Et paradisia conobis aspiret ab orbe
Vera dei soboles eterna potentia patris.
Orbe soporato tellus egyptia noctem
Roriferam induerat: mersusq; sub equore titan
Hesperio cdi nitidos accenderat ignes:
Et niger attollens humentem scorpius ortum
Stringebat iam rura nouis effeta pruinis.
Lum iouis imperio volucres cyllenius alas
Sumpsit: ut extoto veteres memphitis in agri
Logeret orbedeos: qui maiestate relicta
Iam sua cedebant nostris altaria sacris:
Inuitaque iugum Christi ceruice ferentes
Nulla dabant responsa palam: sed ceca malorum
Semina iactabant: tacitoq; in pectora lapsu
Incurantes humana dolos et operta venena

M **ij**

*Hec est odes operativa et qua auctor
impla operatio invexit desuper
frundes domi ludines pofpoz
nocturna rondu et regreparoqz
coru que tande et inde dura
terme rosporabut / Forte aut
ad nostre factu dixi qd opa te
uebrant tue fieri solent / Dotsq
and sub proroxet et postea regre
natura et poter ortu eis qm in
octobr et decembre et 2 mesis
pano ad mortuum virginis / D
effectu esse*

Hentis ad excidium nostre inspirare solebant.
Quale per insidias gerit inter opilia bellum
^{hoc nostrum}
Noctelupus facta pedibus scrobelimina subter.
Tunc ferus ausonijs mauors noua gentibus arma
^{arma ferrea}
Suadebat: ferrumq; graui versare tumultu:
Ocia lucanis dum Marimianus in hortis
Dicit: et in regem dum res romana reuerti
Logitat extinctis regni consortibus vnum
Tunc hecates motus furij s Marentius artes
Uertitur ad magicas: veterumq; ad sacra deorum
Instaurat delubra: nouus scrutatur aruspex
Exta: scelus tentat: quo non crudelius ullum
Legimus a prima nascentis origine mundi.
Viuuentum grauidas matrum secat ensibus aluos
Immatura trahens stygij que destinet aris
Pignorq; funestos docuit proserpina ritus.
Pallas qd testima a tu
Pone solida efficit qd
quid apparuisse qd
Littera Et sc d. id
tatonda sup abdu
Implicat: et veris fucat mendacia dictis.
Vixta choris iuuenum venus illecebrosa repugnat
Virginibus sacris: moresq; irridet honestos.
If veneri Bromius comes: et Silenus: et ipse
Lastra nimalloniq; vino redolentia bacche.
Atq; dioneos furtum per tecta liquores
Jam sine pampineis thyrsis et lycibus euan
Vittit: et occultos accendit in edibus ignes.
Inuoluebat opum studijs saturnia Juno
Lorda virum gemmis: fuluicq; numismatis aura:
Derce peregrina: tunicis ardentibus ostro
Sollicitans aios hominu: priuatus olymbo
Phib us et ignifero currus: pice nigris: atra

Versus in ethiopem: fidibus spoliatus: et arcu
Daphne sine fronde miser per magnia noctu
Ibat: et ablatum virus pythonem perempto
Quod magnus seruabat onyx spargebat in ipsos
Nobilium thalamos: quo corda imbura malignis
Artibus armabant animos: hinc ora libido
Imperi: et curis rabies accensa superbis
Regnandi cupidos facile in scelus omne trahebat
Talibus addictos operis Lylleius rget
Ad mesti iouis ire domos memphitica regna.
Est locus egypti blyido qua flumine filius
Delta facit: filius cuius celestis origo
Regna per ethiopum fugiens orientis ab horis
In creditur pharos septena per hostia fluctus
Non procul est Styxatra palus: ubi condidit Jo
Inachis inuentum fratrem Typhonis Osirim
Aedita non procul est in collibus ora supinis
Pyramidum regio: quarum preciosior orta
Dicitur a Rhodope: cuius prestantia forme
Tot congesit opes ut nobilitate sepulchri
Vicerit et reges ipsos. Hic Juppiter olim
Clarus et ignipotens: posito modo fulmine pauper
Squallidus et torua demissus lumina fronte
Demonas aduectos angusto suscipit antro:
Atqz sub exesa scabri testudine sapi
Concedere solo. Tunc sic est iuppiter orsus.
Humana que toto terre regnasti in orbem
Non satis est nostro quod nos galileus honore
Exuit in tantas ausus prorumpere fraudes
Non satis est pueris etiam contemnimur. omnes
Nos impune premunt: in nos connitia lactant

Laupones: mīmīq; leues: scurreq; loquaces,
Falsidicosq; vocant. Ergo hēc indigna seremus:
Nectōiens lēsi semel vlciscemur: inertes
Sic sumus vt viuos nos non intelligathostis!
Nos perīsse putane: defunctaq; numina vita
Vulgus ait Tempus veniet cum turbine tanto
Christigenas a siē regnis libyq; fugatos
Inuoluam. properate dies. velociter anni
Lurrite. Ferte cito Machometia tempora cursu
Interea mentes alijs solabimur egras
Supplicij. Una nostras in virgine vires
Experiāmur erit nostri reuerentia forsan
Maior ab exemplo tali. Catharina superbo
Nostra supercilios damnat simulachra: deosq;
Impia subsannat. vultuq; elata superbo
Non venerem non Junonem non Pallada non me
Tanta est impietas minimo dignatur honore.
Juppiter hēc. magno socij tremuere tumultu.
Exiliunt ire: furiarum incendia surgunt.
Et furor ignitis oculis et fronte minaci
Excandescit: vti rapidis cum ferrea flammis
Lamina cyclopum excoquitur flagrante camino.
Juppiter vt vidit graubus commota querelis
Flūmina sic iterum sumptis sermonibus inquit.
O Soboles lucunda mihi plutonia coniunc
Persephone quando miseri te cura parentis
Sollicitat cita tartareas descendē sub vmbras.
Plutonemq; roges vnam mihi mittat herinnem:
Tisiphonem: aut Electo: diram: ne Degeram.
I pete nata virum: graubusq; obnitere verbis.
Sas quibus ille modis possit quoque ordine flecti.

Sic pater. hęc responsa dedit proserpina patri.
O pater. heu frustra furias in tale vocamus
Obsequium poscit furias sibi Tartarus omnes.
Hec satis officio faciunt. viꝫ prima Heronem
Vix Decium fratremq; Titi execrabile sancta
Deradice genus colubris z verbere duro *iam diffusa*
Corripit. indomitę pugnant cum manibus vmbraꝫ
etiamat Vluciferant altum lateq; incendia iactant
Tantus in igne dolor. tanta impatientia flammę
Flangz ea gentiles animas in tartara iactans
Non sinit alterna requie mitescere penam.
Et modo romanis thalamos stratumq; duobus
Regibus imperiꝫ qui deposuerelabores
In mediis Locyti vndis componit. z altum
Figithumi puteos: quantum marpesia cautes
Ingenti viꝫ mole nouem descenderet annis.
Altera iudeos recutitq; improba gentis
Semina quę postq; letali vulnera Christum
Abstulit antiqua nequicq; lege superbit.
Lurat. z ardentes mergit phlegetontis in vndas.
Sépius Herodes geminos natumq; patremq;
Ledit: z insertat candens in guttura ferrum.
Tertia Christigenas odii infensa cruentis
In vada prerupte celso de vertice rupis
Principes acherontis agit. versosq; per amnem
Lucificum trahit hamato per saxa tridente.
Et iacit in flamas. que defificantia nunq;
Sulphura depascunt. fumoq; inuoluit. z igne
Sed quid opus pater hic furij: ego iussa capessam.
Fare. patris non est fas dissimulare dolorem
Vlade ait ardentes quando Darentius aras.

Consulit imperij cupidus sub nocte silenti
Hęc responsa dato. Nilum pete: sacra deorum
Relictus: et tanquam tibi propietate coronam
Accipe: et insignem fulgenti murice clavum.
Sic ait: et natę pater inclinatus ad ora
Permulcensq; caput dextera dedit oscula fronti.
Persephone mandata facit: corniq; figuram
Induit. et trahens auras perniciibus alis
Præterit hammonis templum admirabile quondam
Dum Iouis imperium maiestatemq; colebane
Terrigenę a libycis quod nomina traxit harenis.

Jamq; tener sextes facit hic breui's vnde vadousum
Esequor. et estratibus magnis unperquis Zethys.
Transuolat in armen eterno ardore toruiscam:
Quę pmit ingentem saxosa mole Ziphēum.
Jam tenet italię littus: lauiniaq; arua.
Intrat ad urbano strepitus: celsa q; resedit
Larpei super arce iouis. populumq; patresq;
Et tria despiciens fora post delubra tonantis
Solis ad exortum Romę decora alta superbe
O caputo florens terreni gloria mundi
Dixit. ut excuso terigisti vertice celum
Indiges oblitia tuos gemiosq; laresq;
Atq; Iouem et natos demens ad inania Christi
Nam cito degeneras documenta fidemq; nefandam.
Sic ait: et Petrus quater execrata columnam
Traiani que iuncta foro supereminet urbi
Inuolat. et coruus iam desinit esse: breuemq;
Se trahit in nebulam: et Duxentia tecta subintrat.
Floreras: et phœbe gelidis argentea bigis
Lollis aquentini summo de vertice tollens

Cornua lustrabat rād h̄s pallentibus urbem.
Impius ad magicas rediit Maxentius artes
Combustiq̄ affert cineres infantis ad aram
Consulit exta, vocat manes: et numina leches.
Facta vias faciles, et idonea tempora fraudi
Persephone commenta se, gar insibilat aura
Pertenuit fibrasq; me uens felicia signa
Fingit: et inuoluit regis caput igne corusco
Subridens: alaci saliunt precordia plausu
Principis, et totam trahit inter gaudia noctem;
Iam parat ire viam pelago, iam concipit omnem
Trina criam, creteq; domos, cyprumq; Rhodumq;
Qua zephyris impulsus eat, qua classe latina
Uectus alexandri monstratam annauiget urbem.
Egregios prima comites de pube quiritum
Deligit, et fulgett iriis aurata iuuentus
Uestibus, eos rutilant segmenta lapillis.
Et vagina sinu gladios hiacynthina pulcro
Claudit, et argentum capulis effulget eburnis.
Septima consurgens roseis aurora capillis
Oceani pulcrum caput extollebat ab vndis.
Cum iam compositis ratibus ventoq; secundo
Littore ab ausonio soluens pelusia tendit
Hostia: et illustres Pompei funere campos.
Persephone volat ante: fretum spumantibus vndis
Liberat: et placido facilem facit equore cursum.
Non scythicus boreas illis non aphricus Auster
Non oriens Eurus potuit spirare diebus.
Vix sua sub leni crispabat tergora pontus
Applaudens zephyro, et sceleri se accommodat equor.
Optimus interca mentis deus auctor honeste

Etq; pudicicie custos ne regla virgo
Circumuenta dolis subito labatur ab alto
Premonet. et celeri tradidit mandata ministro
Ille per immensos ecli glacialis ab ortu
Labitur anfractus. penetransq; per aurea tauri
Cornua pleiadum flamas restringit. et ipsos
Preterit Errones septem. triuq; sub orbe
Accipit exiles raris ex ignibus artus.

epilo sumadum

Stoas grae est postea
viam et postea omnia

Regia progenies cultu redimita pudico
Intersocraticos et quos academia quondam
Stoas cecropis libas de fontibus hausit
Clausas lateris modico pictae testudinis antro.

mystriis et elongatis
vates

Atq; voluminibus legum stipata duarum
Abstrusos animo sensus voluebat. et acris
Ingenii vegetas acies figebat in omne
Quod tenebris enigma latet. mysteria miris
Inuelata modis visu penetrabat acuto
Quicquid adornatum fidei exemplaria sancte
Greca ferunt animo vigilis condebat. et omnem
Assidui frugem studij quasi fertilis agri
Primitias quasi collectum de sordibus aurum
Et quasi fulgentes gangis de puluere gemmas
Rasaqz panchel duro de cortice thura

Roboris. et pingue torto de caudice myriham
Ad Christi delubra ferens Cape summe deorum
Dunera dicebat. primæ cape dona iuuent^z
Quætibi per steriles apishectua colligit agros
Primus Abel pingui coluit tua numina sacro.
Welchisedech panum calathos et cymbia bacchi
Obtulit. Habraamus dulcem sua gaudia natum
At nos sinceræ tibi virginitatis honores

Collectosq; pia de sedulitate legendi
Offerimus flores: nostra hęc tibi munera sunt
Regia: dum tales voluit sub pectore curas
Et fugiens animo terras: celestia virgo
Logitat ecce nouę lucis mīcat igneus ardor
Atq; repertus paries splendore coruscat.
Auratē mīcuere trabes: mīcuere columnę:
Et subitū visum flammis arde rācunar
Fluncus emiso nitidis e nubibus ore
Regia progenies dixit. quia concipis alto
Lordē deum concessa tibi consortia diuum
Pone metum: secura meas intellige voces
Ille ego qui marie sanctas orator ad aures
Ante fui: tibi de summo modo mittor olympos
Nam tibi post illam primi debentur honores
Inter virgineas acies albentia castra
Scis veteres odio lucis studioq; malignę
Mentis et imperij vanęq; libidine laudis
Dissentire deos christo: et molimine magno
In mores certare bonos: nec posse nitorem
Ferre pudicicię Clymenes corruptor apollo
Pr̄essit aristei matrem. nymphamq; Dionem
Juppiter europam. Danaen. Asopida. Leda
Atq; Lycaonidem. Maiam. Bacchiq; parentem
Falcifer oceani natam. Minoida Bacchus.
Persephonem Pluto rapuit. simoentis ad amnem
Longreditur Veneris Anchise. chetidosq; cubile
Pelleus incestat. rector neptunus aquarum
Phorcida. Dedalidem fraudis furumq; magister
Mercurius. Venerem Dauors. et Pallada frater
Polluit. Endimyon vultu. Pan vellere lunam.

Jasius Lererem. Nulla est sine labe deorum
Progenies. nisi forte suum que plangit Osirim
Inachis arguto pellex iunonia sistro
Eccebi virginitas istis odiosa parauit
Insidias. in te longinqua a Thibridis rive
Et coniurata descendunt prælia memphi.
Nulla sub indigno virtus est principetuta
Nulla sub incesto castis est gloria rege.
Nam vicijs probitas semper contraria pacem
Pescit: et hostiles dextra leuaq; cateruas
Sustinet. illatosq; parat se semper ad ictus.
In virtute labor. sed in ipso certa labore
Dona: sit ex operis merces. eterna resurgit
Desudore quies: et de iniquitate voluptas.
Non habet ex omni numero plebisq; patrumq;
Victricem nisi qui potuit certare coronam.
Et multis certare datum: sed vincere paucis:
Atq; coronari et celebres rectare triumphos.
Quare age surgentes audaci naue procellas
Rumpe. per aduersos aperi tua carbasa fluctus.
Nec flantes horresce notos nec murmura ponti
Irato te crede mari: proramq; patentes
Ad celi conuerte vias. reget ipse per vndas
Temonemq; velumq; deus: pupcmq; tenebit:
Hec sinet in scopulos fragilem tranare carinam.
Semper olympiacaterram speculatur ab arce.
Et quo suncq; operi vidit se accingere sancto
Numine presenti deus adiuuat. odit inertes.
Pugnam inuade: deo nihil aspirante timendum
Huncius hec humili facundia virginis ore
Sic responsa dedit. Vobis ego numina grates

Non si vel cotidem linguis quot dicitur Argus
Luminibus vidisse loquar: persoluere possim
Omnia vos homini vitamq; alimentaq; vite
Vos datis: et celi vos inspiratis amorem.
Blandicijsc; rudes ad contemplanda leuatis
Astra animos: et opes vestras monstratis in ipsis
Ignibus et celi ornatu mundiq; decoro
Perpetuo: nostrę ne forte libidine mentes
Selutea immagrant nequeantq; attollere frontem
Ad celeste bonum: nostrę vos cura salutis
Sollicitat: nec nostra diu durare potestis
Damna pati: veniamq; datis peccantibus vltro
De propre lactentem charisq; parentibus orbam
Ante puellaris q; vos agnoscet etas
Cum neq; fabar adhuc vos suscepistis alendam
Propterea nunq; diuis ego thura piandis
Ulla dedi: nunq; sumantia vidimus exta.
Sola dei mihi cura satis. mea tempore ab illo
Virginitas addicta deo: votisq; vocata
Palma triumphalis pugnq; qua sanguine fuso
Testis cata thronum christi super astra venirem:
Discererq; choris superum: sedemq; beatam
Aetherea sortita domo regna illa viderem
Aeternis congesta bonis: visuq; tuerer
Perspicuo quod certa fides sed nubila monstrat
Est amor iste furor: quo tempore saucia longo
Nectar et ambrosiam sitio: tantusq; medullis
Ardor inest: tantus celi calor ossibus hæsit
Ut mors nulla queat mihi formidanda videri
Sed iucunda magis. Cur non queper tulit Agnes
Ipsa feram cur non Agathes imitabile fatum:

Lucta culus erat: nec mens neg foris
Vicit: et istarum felix trinacria palmas
Vidit. Anastasię tellus romana triumphis
Gaudet. ad istarum laudes et premia curro
Tu modo qui celo fruoris diuine minister
Hec offer mea vota deo. si fuerit omne
Dulce mihi certamen erit. pugnamque diemque
Arbitrio legat ipse suo. sic fata nitentes
Verti humi assurgens oculos. Senuncius albam
Colligit in nubem. sparsaque per atria succis
Ambrosię dulci repetiuit sidera cantu.
Jam vada Carpathię sulcans Darentius unde
Litus Alexandri et phariam procul aspicit arcem
Atque ait o magni salue pars tercia mundi
Aphrica. romanam fausto precor omnine classem
Aspice. et auspiciis diuum mea vota tuorum
Prospera sint. saluete dei saluete penates
Indigenę: quos religio longa parentum
Excoluit. sacros venio latus honores.
Sancta sequor mandata Jouis ritusque reporto
Diuinos ad templa deum. dum talia fatur
Preuolat ad portum remis ventoque secundo
Lymba leuis: volucrem cursu que vincere curum.
Summaque vi recto fugiens mouet equora lapsus
Fama per egyptum pretentaque littora ponto
Flunciat aduenisse rates ex urbe latina
Aduectumque freto romani regis alumnum.
Luncta magistratus lucem posuere per illam
Publica. pelleri priuata negocia ciues.
Festa dies agitur. nitidis urbana iuuentus
Vestibus. et multo testantur gaudia chitibus.

Turba coit: pictis oneratur pupibus equor.
Burice vela rubent: adiant amplistria coco
Ducitur elato gradiens Marentius ore
Splendidus et gemmis et multo lucidus auro.
Ausonij libyceiq; simul glomerantur ytrinq;
Sistra sonant: altis lucent in turribus ignes
Denia fronde virent: et odoro gramine portq;
Altera lux ortum Lash de vertice summo
Exclulerat solem: cum rex iam squallida multo
Templa situ iubet ornari: veteresq; peraras
Purpureos spargi flores: et rite parari
Danda Ecatumbeo que sunt animalia sacro.
Christigenus soliti crudis preda esse tyrannis
Contremuere metu: et multi periere Syenem
Thebeosq; lares: et Lyrenaica regna
Aethyopumq; domos et littora gentis Erembe.
Sicut ubi mites aquilam videre columbe
Nare per aereos tractus: nec pinguia rura
Nec placide retinent epule: timor omnia vincit.
Pars latet vmbroso saltu: pars alta volatu
Tecta petit: pars montanis caua sapa latebris:
Et pennis percussa sonat pernicibus aura.
Tunc est cepta colli regio deserta: solumq;
Solibus exustum assiduis: et rura venenis
Inclita: et arentes terre sitientis harenq;
Soliuagus vastam petiuntum Paulus eremum
Hispidus et fulig tectus velamine palmq;
Quius ad ignotas veniens Antonius edes
Incudit in satyros: mortibile corpus amici
Condidit: et siccis vitam traduxit in aruis
Inter harenicolas colubros et sequa leonum

Semina graminibus vescens et fluminis vnda.
Templa coronantur sertis. et sunibus actis
Barbara suspendunt aula sub aspide curua.
Pinguia mittuntur docti per rura ministri
Quæ vicina bibunt piscosi flumina Fili
Atq; pap yrisferè dulcem Tritonidis vndam
Et quæ se viridi Mareotis harundine cingit.
Adducant delecta boum qui corpora centum.
Interea cultros patherasq; et thura sacerdos
Expedit et sacras longo locat ordine vestes.
Ante ea neglectus meliori pascitur Apis
Gramine et extento iacet ad presepiæ ventre.
Iamq; dies solemnis adest. mugitibus aure
Per foræ perq; vias vibis per compita clamant.
Aera crepant: clangore tubæ complentur acuto.
Consequitur vulgi strepitus turbæq; frequentis
Burimur. et inflato resonat caua tibia buxo.
Clarus ad illustres graditur Maxentius aras:
Et circum pellea micant romanaq; pubes
Angelicas alto voces sub corde volutans
Lostis: adesse videt sperate tempora pugne.
Et quanq; immota maneat sententia mente
Atq; adamantis vinclis frenata libido
Inuita ratione scelus non audeat ullum
Ora tamen meditans duri furibunda tyranni
Atq; graues penas horret: ceu sarea moles
Quisla freto et circum salientibus equoris vndis
Vapulat atq; tremit. sed non vestigia mutat.
Dumq; animus tanto curarum impellitur estu
Non procul ecce duæ vultu incessuq; verendo
Femineæ species adsunt. quarum una Lybeli

Per similitudinata caput stellata & frontem
Igneus ore color possit qui pana referre.
Perfora peruvolitant nebule: gyroq; volucres
Aereo ludunt & versicoloribus alis
Elequora venter habet. pictasq; per equora puppes.
Squamniferq; greges flexis per cerula caudis
Errectisq; natant spinis. ludoq; fugaci
Per scopulos & saxa volant viridemq; per algam.
Inferius campi herbosi: curvataq; ripis
Flamina & excelsi nemorosa cacumina montis
Vertice inaequali: pecudes: humanaq; tecta.
Atq; per incultos saltus atq; inuia rura.
Auriti lepores & flexis cornibus errant
Dorcades. & timidi damneramosa q; cerui
Lornua tollentes vacuis spaciantur in agris.
Hec rerum natura parens: que virginis ora
Dulcibus amplectens vlnis. Quid mergeris inquit.
Filia tot curis & sollicitudine tanta:
Contemplare meum decus & mea maxima regna:
Sancta q; de nostris opibus velut ante solebas
Expulsis animo curis solatia carpe
Terra: fretum: nubes: flammæ: versatile celum
Luncta meis subsunt regnis. ego cuncta guberno:
Elige de tantis. aliquid quod multceate gram.
Quid tuus hic meroz sibi vult: quid dulcia miris
Pallent ora modis & quo tua forma recessit?
pone deum curas. diu i sua sidera seruenr:
Ambrosia viuant: & delectentur olympos
Terra subest homini: terrena negocia tracta.
Nec fines frustra humanos excedere tenta.
Tunc potes volucrum per iter trahere: sub vndis

S u

Degere: et obscuris inter delphines in antris
Sirenes ubi sunt et inertia corpora phocæ
Actibi per spelæa maris perlustra ferarum
Sic quoq; per celos inter consortia diuum
Legibus eternis vita hospitiumq; negatur.
Nec fas est homini cglum sperare. deorum
Regna cupis: sedemq; tibi promittis olympi
Lum neq; brutorum latebris assuescere possis;
Omnia limitibus. certis ego sola diremi.
Quos transire nefas. ea vota superflua pone.
Sittibi cura decor. tua sit tibi cura venusta.
Ingenio condita meo dum fingere tento
Lallio pes oculoc. et virginis ora Meduse:
Utere delicijs. et ne contemne iuuentam.
Necti finge deam. sed te mortalibus equa.
Sic natura parens tristem solata puellam.
Alcera quæ tales paulum contata loquelas
Hauserat et vafro gressum suspenderat astu
Affuit: Aurati crines. frons lactea. fulgent
Lucifero similes oculi. rubicunda colorat
Lactentes aurora genas: per eburnea colla
Lesaries emissa fluit. toga cetera vestit
Aurea quæ tracto verrebat syrmate campum.
Celestis nitet ore decor. sparguntur odores
Ambrosij. crediq; nequit mortalis in illa
Spiritus: aut numen vel non sine numine image.
Textus inaurate chlamydi descensus ab astris
Prolis olympiacæ: stygios ingressus ad amnes.
Ignealinguarum species: qua spiritus ingens
Intonuit super ora virum. montisq; relicto
Vertice sidereum christus remeabat in arcem

Victor et euulse cęco pluronis ab antro
Patrum animę niueis induitę nubibus ibant
Aera per liquidum. terram p̄edatus et Orchum
Rex superum tali repetebat regna triumpho
Bratia nomen habet. cuius prestantia formę
Naturę exemplo visa obscurare decorem
Non aliter q̄ sol maiori sidera luce
Umbrat. et eroriens alios exterminat ignes.
Hęc igitur sicorsa loqui. Quid virginis altum
Deiçis in terras animum natura superbo
Eęca supercilio. rerum te insana parentem
Dicis. et ignoras a quo tua venit origo.
Nec nosti genus ipsa tuum. tua signa sequuta
Hicomachi proles stellis erymanthidos v̄se
Nauigat ammissis. et naufraga sepius arctas
Flante procelloso borea symplegadas intrat.
Namq; aliud vitę genus immortalis olympo
Foluit esse homini. sed nec te credidit ortam
Nec me vidit inops lucis. mutabile corpus
Contemplata deum sicco pertransitore.
Auspiciis hanc v̄sq; tuis peruenit ad oram.
Hic sua sopito detraxit cardasa vento.
Dic vbi si nosti comites: primę quę christi
Lastra. triumphalesq; viri. qui sanguine claras
Emisere animas. et qui vicere tyrannos.
Subiecere deo populos. tibi sola reliqui
Lo: pora et immundos cineres et tabida membra.
Ipsa coronatas cęlesti lumine mentes
In sublime tuli. Quare iam desinere nugis
Talibus illustres animos inuoluere cęca
Nube tue noctis. versis ita fata recessit

plutino & co ludovicus

Passibus: ac plutei lato natura sub orbe
Uirginis in thalamo fertur liquisse paucorem.
Luius ut agnouit fraudes abscondit a morem
Bratia discedens ius qui frangeret omne
Uirus. et auxilio ceptis ingentibus esset.
Protulit ora paucor gelide sub imagine mortis
Pallidus: et curuo contractus pectora dorso:
Lucus. et elinguis. trepidus. virgissibus herens.
Dentibus expertis trunca deformia nare
Ora gerens: et crure labans: et frigore corpens.
Luius ut horrifica in effigiem stygiumq; colorem
Ecce studineos virgo perterrita gressus
Vidit ab aspectu monstri conuersa recondit
Lumina: et ad moto exit velamine frontem.
Tum validis ardens animis alacriq; inuenta
Strenuus et grato pretendens ore pudorem
Uirgineum pictasq; ferens in pectore flammis
In medium præcipit amor: cornumq; repartam
Corripit: et monstri repetito verbere terga
Pulsat: et inectis agit extra limina plantis
Uociferans: et fuste petens caput ora manusq;
Non secus ac fertur si vera est fabula quondam
Infernū domuisse canem Cirinthius heros.
Calcitat et manib; tensis auertere cornum
Hicitur et faciem monstrum defendere ab ictu.
Acrius instat amor: tetroq; in puluere versum
Eccrat indignans: lumenq; insigit aquoso:
Membraq; cenoso sepelit moribunda sepulchro.

Secunde Parthenices liber. ii.
1 Aetior et pulsata vixit formidine virgo
Ocyus ad templum famulis parati ire vocatis

Fic
Jan
Pall
Pae
Spo
Jou
Eca
Jem
Die
Na
Bef
Regia
Dor
Bir
Ran
Am
Jin
Se
Etr
Bel
Edu
Dile
Rom
Qui
Reg
Raf
Jup
Dor
So
Rom
Espa

Nec mora festinant omnes et sedula nutrit.
Jam longua ligat crines et virginis ora.
^{Fam}
Pallida nocturne sumoq; afflata lucerne
Materna pietate lauat: celeresq; ministre
Sepotitas vestes ad hibent. tyriumq; ruborem
Induit: argento limbus circundatur albo:
^{lunfatu} ^{lunfil}
Et caput aurato nitidum vestitur amictu.
Jam delubra subit. lucent ardoribus are.
Dugitu caua tecta sonant: strepit vndiq; murmur
Plebis et astantum. Solio Maxentius alto
Destit: et elato turbam circumspicit ore.
Regia progenies medium progressa per agmen
Dox oculos in se populi conuertit: euntem
Dirantur ceduntq; via: pellea iuuentus
Flomina romanis eius parria mq; domumq;
Auribus admoti narrant tenuiq; susurro.
Illa mouens gestu pectus faciemq; venusto
Scandit: et intrepido premit alta scolia gressu.
Et vicina trucem sic est assata tyannum.
Metibi Maxenti solitam preferre salutem
Admonuit regalis apex. summusq; paternus
Maxestatis honor. pietas violata repugnat.
Nam colis hec simulachra deo peritura relicto
Qui tibi solus opes tantas romanaq; patri
Regna dedit fecitq; maris terreq; potentem.
Nec fuit istius tanti tibi munieris auctor.
Jupiter egiochus creto pastus in antro.
Mortalis quondam vite modo lumine functus:
^{prosequi}
Sed neq; post Petri vocem documentaq; Pauli
Roma deum nescire potest. sciure Philippi
Et pater et natus: quos funere sustulit atro.

di Augustinach

Illa hominum ^{per hanc} suprema lues grauiore ruina.
Raptus ad interitum Decius millesimus vrbis
Annus erat. Tum Roma suos solēniter ortus
Aegit. et accepto celebrauit festa tonanti.
Tunc fuit imperij Christo sacrata potestas
Et tandem sub iura dei translata: piamqz
Tum primum sortita fidem. tunc pulsa deorum
Vana supersticio romanā limine regis.
Non satis est quod mille Joui seruuerit annos
^{tribus & finalibz} Et phlegētontēs sele subiecerit vmbbris
Hens longo romana iugo. tuleritqz superbū
Imperium stygie gentis noctisqz profundē
Nubila. Nunc iterum iuuat ad damnata reuerti
Sacra deum. parere putant prestantius Dicō
Quam superis. diuina pudet mandata vereri
Delectant inferna magis. nunc tartara gaudent.
Nunc furie exultant. posita nunc Cerberus ira
Motibus alludit caude. nunc pectorētoto
Dulcia ceruleus carpit solatia Pluto.
At superum corda egra gemunt. humanaqz damna
Dallida mutato deplorant numīna vultu.
Conqueritur mater natum sparsisse cruentem
Innocuum frustra. passum tot vulnera frustra.
Desine Dapenti superos offendere tanta
Impietate. Scelus Rex o romane quid audes
Supplicij dignum eternis. Ieronis orbem.
Tantalea mqz sitim. Tichj tormenta. labores
Sisyphios. ipsi quidem hec noua sacra litantur
Jam tibi decernunt stigij tua numīna manes.
Bistonio ridenda seni. Cur cōde cruentas

Bistoni a. w. 1.
rom 6

Lurantis delubra boum mugitibus implet.
Tu ne deum tali credis placare tumultu?
Tu ne Jouem fortasse putas renocare sepulchro
Lantibus his? Quæ te cepit recordia nate
Lesaris ut fieri credas boue numina cesso
Vitia: te miserum falsis oracula ludunt
Larmibus. non hac emitur romana potestas
Religionem pium christi clementia regem
Hec ad sceptræ vocat. mundas qui sancta per aras
Dona ferat. qui reliquias iouis atq; deorum
Conterat; et pulsis noua suscitet orgia bobus.
Quid templi molem hanc magnam miraris et arcus
At tellure procul tanto se attollere flexu?
Hec hominum secere manus. magis aspice mundum.
Hoc opus immortale dei. Tua numina gaudent
Bobus. at immensi verus dominator olympi
Justicia pietate fide. quas. impiter odit
Dona deum magis ista iuvant. sine cede litandum est.
Sic ait. alle magis vultum quam verba loquentis
Admiratus agi iubet ad regalia tecta
Seruariq; locis intra penetralia clausis.
Mente scelus duplex agitans temerare pudorem
Et violare fidem. pacis iam federe fracto
Belli feruor adest: dant pugnæ classica signum.
Persephone regem stimulis irritat. et acres
Lum venere accendit circum p̄cordia flammæ.
Uritur impatiens cœci Maxentius ignis.
Dens fugit a sacris. et amata ab imagine raptus
Figithumi frontem et curis immigritur altis
Absentemq; animo videt alloqui ueroq; puellam

C i

Et furit: ut quothenis letali saucia tēlo
Lerua per id eos querit medicamina saltus
Pictamq; comam viridemq; que vulnera ferruit
^{comita} Manfa fuger: diramq; auertat corpore pestem.
Lincta satellitibus tali nil territa casu
Dicitur: et dominē sequitur vestigia nutrit^{in battaglia}
Perq; vias r̄bis perq; omnia compita clamana.
Reddite: quo mitem dominam crudelibus armis
Protrahitis: nutritⁱⁿ ego sum. cunabula prima
Ipsa gubernauit. nostris adoleuit in vlnis.
Ubera prima dedi. dulcem in mihi reddite natam
Quam mihi vix bimam mater iam proxima morti
Tradidit: et lachrymans erit hec tibi filia dixit.
Reddite nutriti dominam. vel pignora matris
Uertetuos in me vultus o nata. tuamq;
Altricem conuersa vide. mihi esse solebat
Desine dulcetibi. nostros oblita laboris
Non audis lamenta parum neclumina flectis
Lumina que tantum Costus que mater amabat
Lumina sancta domus solatia magna relicte.
Tu ne putas sine te caput hoc et anilia membra
Posse diu superesse: simul moriamur ut una
Viximus. et tumulo pariter condamur eodem
Flebat ut inuadi cernens a vulture nidos
^{pullos} Lactentes imbellis olor predato: aduncis
Anguibus et duro discerpit viscera rostro.
Flet pater. et viridi queritur projectus in vlna
Imq; propinquabant tectis: cum regia virgo
Lumine clementer verso charissima nutritⁱⁿ
Dixit abi solare domum: sociasq; saluta.

Non ego sum limen post hac visura paternum
Euocor ad superos . vos et terrena valete
Hospitia obsequis in opum dodrante relicto
Partibus equatis mihi vos succedere mando.
Sic abiens fatigat luctu domus omnis acerbo
Soluitur . et mesto pallet vicinia corde.
Luget inexhausto lachrymarum flumine nutrita
Anxia : et immotis manet ipso in limine plantis
Lradelemqz vocat regem et crudelia tecta.
Diripiunt aulae nurus : tristesqz ministri
Ferrea conuoluunt bifores ad limina valvas
Deserte signa atra domus . suspiria totis
Aedibus alta sonant : eger tenet omnia meroz
Interea sancto metuens Catharina pudori
Atqz sciens quali regum impetuosa libido
Ferueat affectu tali prece numina pulsat.
Sancte pater sancti genitor castissime nati
Lernis ut abrupo lupus insidiatur ouili
Hanc extorsit ouem cecoqz incluserit antro.
Iamqz aderit : iamqz inuadet ioue plenus : et omne
Attentare nefas ad get venus atqz cupido
Nil superest opis humanqz : via clausa saluti
Undiqz terrenqz tua sola potentia nullis
Clauditur obijcibus . nostro succurre dolori.
Atqz pudicicie vento rege vela secundo.
Audire orantem celi regina puellam:
Et se qualis erat primi post tempora partus
Obtulit : infantem niueis complexa lacertis
Tecta sinum bisso gradiens in vestibus albis
Et croceum capit serum de vellere tegmen

C H

Quod viridi premitur strophio. cum virginem fatue
Plena venustatis procera iuencula virgo
Stant vtrinq; leues anime. quas Iride vestit
Multicolor nubes. pingitq; simillima nostris
Oribus ora. pares decor imbuit aureus alas.
Et sic corsa loqui. tua me suspiria virgo
Detuxere polo. ne sollicitere. pudoris
Sum tucela tui. Sed quo secura quiescas
Tolle manum. sibi perpetuo tecopulat infans
Connubio christus. nurua es mea. ponetimorem
Sic ait. et fulvo digitum puer induit auro
Quod moriens seruabat adhuc: quod clausa sepulchro
Immortale tenet diuini pignus amoris.
Hic neq; Sosia sequimur figmenta corone:
Ulla nec in nostro tegimus mendacia versu
Uera sed amplectens rei miracula geste
Historiamq; canens fidei monumenta reuoluo.
Etiam turba deum sacris dimissa peractis
Cum celer ausonia pelago delatus ab urbe
Fluncius enarrat regi diademate patrem
Deposito regni scepterum cessisse Galero:
Lucanosq; lares tacitiq; silentia ruris
Et nemorum suaves umbras: urbis mobilis aura
Temperat ardentem placidis affatibus estum
Preposuisse graui imperio: et splendoribus urbis.
Aruaq; et alcinoi tutam legisse quietem.
Atq; per irriguos fontes et florida prata
Duricen neglecto tristem oblectare senectam.
Leticiam subitus dolor occupat. ora tyranni
Plumbeus inuox luit color. et patuere latentis.

Ingentes animis fluctus scisqz dolores
Vis curis extorta venus: furoz auctus t irz
Acri bile tumet. nutritqz in pectore virus
Persimilis pullo qui dum inconsueta recusat
Frena pati: rodit morsu indignante lupatum.
Post epulas largo paulum exhilaratus hiaccho
Captiuam iubet adduci: spectacula mensis
Rex petulans lasciuia volens prebere secundis.
Illa solo fixis oculis vestigia lento
Zarda mouens gressu prono regi annuit ore.
Luius ut effigiem claram videre decusqz
Indolis egregie tenuere silentia cuncti.
Et triuam vidisse putant aut ora minoruqz
Ad quam rex solio paucis ita fatur ab alto.
Vane deum nostrar e tenerunt orgia mentes:
Nec potueret uis adhiberi vocibus aures.
Dic agenunc quando positis conuiuia curis
Letta voluptates animorum t gaudia poscunt.
Aede genus patriamqz tuam nomenqz paternum
Illa manu crucis instar agens sic incipit ore.
Non ego iactandi studio primordia gentis
Clara me referam titulosqz t nomina: quando
Rex romanqz iubes: genus est illustre meorum:
Maiores etenim sceptrum gessere: meaqz
Sunt reges in stirpe decem: Lagus omnibus auctor
Primus alexandri miles qui condidit urbem
Et quae regna vides. t Alexandria vocauit
Digna post celebres pugnas asicqz labores
Huc venit cum rege Lagus: ptolomeus ab illo
Flascitura vili proles generosa parente

C iii

Sicut ab exigua descendit origine flumen.
Daius hic egypti libyes arabumq; potitus
Imperio quondam mansitq; in stirpe nepotum
Ducentos quadraginta super nisi fallimur annos
Est ubi romanam superis extollere gentem
Et libycas visum bellis ardentibus urbes
Uertere mutati reges. Cum regia proles
Interiit tunc arua meus vicina tenebat
Aethiopum campis atavus prefectus Erembis
dux animis armisq; potens regis propinquus.
Sanguine supremi vigilans custodia regni.
Qui postq; sero audiuit sublata suorum
Sceptra dolens longe ethiopum secessit ad urbes:
Et persepe pater reginę Landacis illo
Contrivit ductore vagos garamantas et acres
Bassilum populos arabumq; per equora classem
Duxit: et Indorum spolijs remeauit honustus.
Ruartus ab hoc Lostus genitor mihi doctus et ipse
Militiam: verum patri telluris amore
Ductus ad antiquos rediit cum prole penates:
Argentiq; tulit secum graue pondus et auri.
Tandem huc adiunctus lectum mercatur et agros.
Atq; clientelis clarus fama et parentum
Primus in urbe fuit romana et castra sequuntur
Semper in ausonij senuit fortissimus armis.
Hinc genus ipsa traho patri nata vicia Losto
Et generis tanti soboles ego sola supersum:
Multa dies alios loquacq; sustulit etas.
Hac est orta patrum soboles hac desinet urbe:
Sic genus et patriam nostri nomenq; paternum

Ut postq; vita functi cecidere parentes
Ne lasciuia meam macularet inertia mentem
Ad studium duplex curas & pectora verti
Fonte salutares christi suscepimus vndas:
Et mea lustrali deus abluit ora lauacro.
Ipse vir ipse pater castum sacrauimus illi
Corpus: & elabens lannis velocibus quum:
Hec mihi prima salus teneris me Costus ab annis
Tradidit eloquij studijs: & misit ad urbes
Lecropias. vidi thebas dirceaq; rura
Etrica regna solu pelopis lacedemona claram
Legibus: & quondam bellis ac marte potentem
Atq; Therapneos saltus heleneq; penates
Dinoisq; domos: preruptaq; sara corinthi.
Et Rhodon illustrem phebo statuamq; superbam
Darmorea: & lyndi sacris atq; Herculis ara
Vidimus & delphos dodoneasq; columbas
Lorinam tripodas phebi pythoniaq; arma
Cycladas & thrases troianaq; vidimus arua
Atq; omnem lyci graia rate legimus oram
Littoris: ausonijs inox preceptoribus usa
Facta tuq; gentis disdici: totumq; latinis
Uiribus & bellis attritum ingentibus orbem
Regna Britannorum Germanorumq; superbam
Progeniem: scythicas alpes hircanaq; longe
Littora: & Euphraten: nabatheaq; rura. Syenem
Erlibicas arces: & qua iuga porrigit Athlas
Maximus inuasit romanq; gloria gentis.
Lesareos proceres & quarti secula regni
Atq; tot illatam crudeli vulnere mortem

C lxx

Principibus legi mores et fulta deorum.
Et tandem mihi esse dies mutabilis qui
Demonas esse deos et totum ambagibus orbeis
Constat in errores ductum: nulla m^q saluti
Esse viam nisi per christi documenta fidem m^q:
Sic aratum libri sic vult iudea vetustas
Sic quibus et vestri credunt cecineresib^{ylle}.
Quo magis admiror vos qui terreq^s marisq^s
Regna gubernatis: quorum mutabile vulgus
Dicitur exemplo tam claro errore teneri.
Et tanta simulachra deum ambitione tueri:
Et statuas horum diuino extollere cultu
Quorum vita fuit scelerum sentina. Quod Jo
Nostra. quod ichneumon. et quod latrator Anubis
Accipiter felles. Bos oxyrhynchus et ibis
Numen habet: taceo martem phebumq^s iouemq^s
Quorum tauta canunt vestri miracula vates.
Hystygio^s ideo metuunt iurare per amnes
Quod stygij mersi stagnis altaq^s palude
Dant scelerum atroces iusto sub iudice penas.
Veridicum vero christum sine criminе cuius
Vita fuit nigro manes qui traxit ab orcho
Qui cecas hominum mentes et lucis egena
Lumina restituit: siccisq^s liquentia plantis
Aequora calcauit: fugitis. reuocare memento
Re romanę pedem iusti trans limina lapsum.
Talibus orantem verbis mirata sedentum
Lecta cohors ciues pharū proceresq^s latini.
Inspectusq^s magis sexus dicentis et eas.
Illa etem tarsena fu. et supremaq^s bruma.

Rex tamen implicitus disuorum ambagibus egre
Dicta tulit. mandat vinclis et carcere claudi.
Affligiqz cibo tenui. vix fluminis vnda
Vix simplex concessa ceres. inclusa tenebris
Orat. et in magna versatur luce per umbras.
Sedula persephone mendacia imagine sumpta
Pincernqz Ichthyboli cui vox obscuraprocarqz
Ingenium. cum ide fauces. turgentia labra.
Diffuseqz aures et nasi plurima moles.
Signa viri ex cordis missaqz furentis habena.
Pes breuis. et grandes proceri corporis artus.
Angustumqz caput. frons multo obscura capillo.
Hic erat in magica regi comes vnicus arte.
Fatur: et obscuris vocem de naribus haurit.
Virginis vnius quid tanti pendimus ora
Rex romane. rudes inter facunda videri.
Sarrulitas indocta potest. nos prælia docti
Militiamqz sumus. si dimicet ense vel hasta
Nemo ex hoc numero tali fugiturus ab hoste est.
Verum hoc non ferro bellum sed voce gerendum.
Nemo est omnis homo: non omnes omnibus artes.
Lottigefinitimis claros ex urbibus omnes
Rhetoras: et quibus est romanæ copia lingue.
Audiathos mulier de religione loquentes:
Et pudeat carpsisse deos: explosa Dionæ
Aeneadum matri et nostro det thura Quirino.
Si neget: impietas ferro plectetur et igne.
Persephones omni placuit sententia mense
Et simul a toto cœtu laudata sedentum
Nam soliti ludos celebres inferre theatris.

Tallos romani curant spectacula clues
Dicitur ad Solymos: ad Idumeos: et Erembos:
Ad claram Zenone Lyprum: licet equora ventus
Tollat: et albentes veniant ad littora fluctus.
Regia contemnit leges et frena libido
Dicitur ad Schedie campos: Mendesiaq; arua:
Hermopolisq; lares: ad aquosam Haucratis oram
Necropolim: et claram Menelai classe canopum.
Qui vocet eloquio insignes fandiq; peritos.
Premia victori statuit vasa aspera gemmis
Aurea: purpuream vestem lauriq; coronam.
Interea cupidus regni Darentius alto
Corde volucbat Romam. cupit ire per vndas
Flauigio celeri: patrieq; inuadere fines.
Sed piceę nubes et hyems contraria nautis
Impediunt cursus. Aquilo bacchatur: et Eurus
Importunus agit pluuias: freta concita clamant
Plec spes vlla vię superest nisi vere reuerso:
Flam q; hybernis nonnunq; tutadiebus
Eequora sint dubio tamen inconstantia celo.
Propterea inflatum rabis abscondita pectus
Rodit ab imperio exclusum dum se videt vndas
Execrat: et ventos et singula numina ponti:
Doridaq; et natas: cum matre palemona. Glaucum.
Prothea: et oceatum cum coniuge. vela ratesq;
Loncitus in mitem parat eructare puellam
Conceptum virus: tacitaq; incenditur ira.
Non secus ac circumpositis hastilibus ardet
Eruleus serpens: et aperta fauce venenum
Colligit igniuomisq; oculis atq; auribus altis

Sibylat. et letram diffundit in aera pestem.
Sic furit impatiens cesar. iuuat ignibus ignes
Persephone. modo nycteridem modo nycticoracem
Fugit: et hoc acri premitur Maxentius estro.
Perdidus et pernox animum quoq; somnia vexant.
Arduis soli mo ns est titanis ad ortum
Dons asielib yeq; sedens confinia iuxta
Et quasi communis limes caput erigit altum
Assyrios arabesq; videns egyptiaq; arua
Vertice de summo. Lassum dixere. sepulchro
Romulide magni et celebri iouis inclytus eoe
Huc oblectand studio per littora mentis
Fertur equo cesar. triduoq; in rupibus altis
Delituit: magicis exercens carmina signis:
Ichthybolusq; comes: tenuiq; abscondita nube
Persephone. et tacito profert mendacia risu.
Interea coniunct vultu verbisq; puelle
Lapta moras non fert: sed mora absentem marito
Oppotuna videns data tempora nocte silenti
Lum duce Porphyrio qui prestantissimus armis
Lyrene prefectus erat: sed venerat illis
Vilite cum multo sacrum ad solenne diebus
Tendit ad horrentes obscuri carceris umbras
Et tenui densam superat vir lumine noctem
Ignis: ahus cornu clausum quem previa gestac.
Hostia claudebant aditum tria ferrea magnis
Uectibus. et squallere situ locus ante solebat
Terrifico: nigra fornix caliginetinctus.
Humidus. et nitrea paries lapagine candens.
Darmoraaq; assiduum perse lachrymantia rorem

Item
Eciam cardinibus primo de limine versis
Impulit ignotus nares odor omnia vincens
Quereges vnguenta syri perseqz solebant
Delicias inter gemmis includere et auro
Talia si malling pprios seponere in vsus
Sendare naturam muliebris crinia mundo.
Dorrimis illustre iubar clarescere visum
Quod duplices abigat noctisqz et carceris umbras
Attoniti pressere pedes. et lumine tecto
Auribus arrectis pendent: audire loquentes
Concentumqz lyre exilem vocesqz canentum
Per tenues visi. Raptqz dulcedine mentes
Per longas immota moras vestigia figunt.
Talia celestes animi solatia castis
Indulgere solent: terqz contagia postqz
Dedicere graui scelerum de turbine sanctam
Deducti ad mentis requiem atqz silentia claustra.
Prolata mox luce fores reserantur et ipsam
Lompedibus vinctam duris gelidaqz grauatam
Dole catenarum et grauia inter saxa iacentem
Jeunam tremulamqz gelu videre puellam.
Quod neqz myridonum quisqua; dolopunenecipse
Phalaris aut duri miles busiris ausit
Non diomedeus stabula inter seu minister
Hoc serus infandi sceleris Maxentius auctor
Indignus qui vivat agit. Clementior ipso
Crudeli regina viro charissima virgo
Dirit in hastenebras que te fortuna redegit:
Lurcali grumna tantoqz horrore sepulta es!
Quis tuus iste deus qui te tam tristia iussit

Vincla pati? Cur vis tenerem miseranda iuuent
Perdere felices istis cruciatibus annos?
Ad quam subridens oculis cum roceleuatis
Virgo ait: infecte fulgenti murice vestes
Ante cadis rapidos ignes patiuntur ahenis
Quam celebres vsus habeant: regumq; ferantur
In thalamos. prius accensis fornacibus aurum
Solutur in riuos & multo vapulat ictu
Quam gremio suaves epulas & vina capaci
Accipiat. multo subiguntur verbere farra
Ante fatigatis q; sint alimenta colonis.
Mens humana sui sub inerti pondere pressa
Larceris & terre latitans in mole caduca
Non nisi per luctus & lamentabilis qui
Supplicia eternos. mundi sortitur honores.
Non aliter fecis luteq; contagia possunt
A bradi. imbibitas sordes animoq; receptas
Ne reserant artes. nec te regina voluptas
Si veri tibi cura boni. si cura salutis
Perpetue fallat. blanda sub imagine semper
Ingreditur. nardi succos vnguenta sapores
Mellifluos prefert vultuq; appaudit amico.
Sed nihil est sine fraude. latent sub melle venena.
Quę postq; imprudens biberis fugit illa repente
Lcta dolis. manet infixum sub pectore virus.
Dic vbi nunc ille. quarum vulgata theatris
Lrimina conculcant probitatem humanaq; corda
Mortiferis abigunt studijs. Briseio. Elisa.
Phyllis. & Denone. Sappho. Chryséis. & Helle.
Lyndaris. & mater. Medeaq; Pasiphaeq;

Atq; meq; Cleopatra domus graue dedecus. omnia
Ut duxere breues sedis in sordibus annos
Avstyrios venere lacus: terreq; sub ymbra
Forma voluptates r opes r gloria regni
Non valueret sequi dominas. post funera nulla est.
Disparitas animis. nisi quā dum vescimur aura
Disparitas morum inducit. si cernere fas sit
Aethereo regina lares r limina diuum:
Occidet omnis amor vītē mortalis: r vītra
Nulla dies posset curis abducere vanis
Altius afflatam diuino numine mentem.
Necnisi per multos voluit deus esse labores
Ad sua regna viam. nec sidera segnibus offert:
Sic nos ipse suo noster princepsq; paterq;
Admonet exemplo christus: qui brachia ferro
Trāfigenda dedit: plantasq; r pectus apertum.
Ipse vīdens hominem antiquis erroribus actum
Immersumq; altis tenebris non posse reuerti
Ad cēlestis iter patrię: r simulachra deosq;
Darmoreos colere r vīli se credere ligno
Venit in hos artus: r aperto lumine noctem
Abstulit horrendam: atq; vagos collegit in vnum
Justicię r fidei calleū quo sancta nepotum
Posteritas adiuta domos intraret olympi.
Sed tuus hic cēsar diuum responsa sequutus
In verum mouet arma deum: multosq; trucidat
Christigenas: qui mox vt deseruere caducum
Corpus in etherios ignes r sidera tendunt.
Ipse autem infelix omniq; miserrimus quo
Se granibus mergit penes: r more gigantū

Pugnat: ut excelsos trahat in sua pectora montes.
Hunc delubra iouis nocturnaque consulit extas:
Et sibi promittit sceptrum tarpeiaque regna
Amit: et ignauo sperat succedere patri.
O fragiles curæ o dominandi insana libido:
Quot latius nuribus lachrymas quot funera romæ
Quot cœdes dabit illa dies: cum dignior ipso
Dissus ab occasu princeps insignia christi
Qui feret ommissis aquilis latissima solis
Regna gubernabit christoque auctore potitus
Imperio christi leges extolleret ad astra.
Virtus arma feror capiet: sed marte sinistro
Corruet: et tristes erebi rapietur ad umbras.
Quare age ne nostros lugere regina dolores.
Sed magis grumnas et formidanda mariti
Damna cui prolisq; tuę stragemq; tuorum.
Haq; ego si paulum afflito sum corpore pressa
Nil tamen est in me flendum mihi. sidera carcer
Parturit iste mihi. faciunt tormenta beatam
Etiam finis adest. noctem iam terminat ortus
Lucifer. et dari facies aperitur olympi:
Sic ait. auditæ quasi quedam oracula voces
Cum duce Porphyrio voluens regna sibyllam
Lelitus afflatam nec verba humana sonantem
Extimat. et paucis sic est affata puellam.
Credimus o virgo celi te arcana tenere
Nec te tanta pati nec te sine numine fari.
Credimus et christo tecum. volumusq; sa' uis
Participes tant; fieri. Clarescere christus
Incipit. et totum late regnare per ordinem.

Omnia christus habet: rubet omnis sanguine tellus.
In aqua memini Romę vidisse gregatum
Christigenas duci: et quosdam perire ferarum
Morsibus: et quosdam gladiis: in flumine quosdam.
In mare complures fodienda ad marmora missos.
Flumina terra fretum fuso sacra cruore
Flumen habent christi: debentur et omnia christo.
Vidi ego Lecluse pexas: et flebile sancte
Funus Anastasię vidi: Euphemieqz dolores.
Liberti fratrisqz necem. Crudelia nobis
Vulnera Chrysogoni veniens narravit ab Istris
Puncius: et fateor lachrymę cecidere te pententes.
Ipolitus laniatur equis. Laurentius ardet.
Nec superare virum flamme neqz ferrea possunt
Verbera: sic emitur celum: sic inuidus orchus
Vincitur: et nulla esse potest victoria maior.
Nam mea terruerant crebre corda intima mortes.
Et tanta horrebat passim lamenta: virumqz
Sepius increpui. verum furibundus et atroc
Nec seruare modum miseriis neqz parcere nouit.
Viderit ipse suam sortem. Nos castra subimus
Christe tua: et post hac tua numina sola sequimur.
Pauca pati satius: brevibusqz eterna parare
Gaudia supplicijs: qz dum fugientia frustra
Complexi bona conamur retinere laborem
Perdere: et infernos demum descendere ad amnes.
Sic ait. et rubro surgebat ab equore fulgens
Lucifer: et Lasiū rutilans aurora cacumen
Luce colorabat crocea. Regina comesqz
Porphyrius fletu madidi redire per ymbras.

Hona dies aberat turba stipante tyranus
Affuit: at decima subierunt magna luce
Rhetores acciti verborum ambage parata.
Arduus ad leuam portum subeuntibus alta
Rupe locus surgit phare contrarius arcis
Unde licet totam claris prospectibus urbem
Subiectasq; rates sinuosaq; littora portus
Et procul in Lyprum fluctus spectare natantes.
Hic fuit Antoni cum iam Licerone perempto
Victus ab Augusto ciuilia poneret arma
Regia: mox iterum renouata in littore pugna
Fractus in has fugit latebras: noua magna Caesar
Alicapolim dicens statuit: monumentaq; vitorum
Inclita pelleis posuit contermina portis.
Hic igitur positis amplissima sedibus aula
Lingitur aulq;: longo velamina tractu
Accipit et picto paries vestitur amictu.
Hic Ainus et coniunx serum mentita virilem
Loculibus muris babylona Semiramis ambit.
Assyri reges perse inq;odiq; sequuntur.
Hic Lyri genus et pugnq; funusq; cruentum
Et Thomiris vultu scythie regina superbo
Sanguineum regis caput insertabat in utrem:
Io quoq; subscriptum grais epigramma figuris
Debita sanguineo mors sanguinolenta tyranuo.
Hic Iouis et Semeles gangetica filius arua
Uastat. et imbellis inuoluit cedibus indos.
Hiles Alexandri longinquum nauigat equestris
Dineo et emissis petitur Zaprobanus mergis.
Namq; polus gemina qui circu scribitur arcto

D i

Octoſt. et gelidos illi non porrigit ignes.
Sidera ſunt illi nobis incognita celo
Quæ diuersa creant illis animantia terris
Diuersosq; hominum mores aliumq; colorēt.
Quando dies illis oritur densissima nobis
Nox ſilet. et medio voluuntur ſidera lapsu.
Hucigitur romana cohors cum rege latino
Septaq; multiplici regina ſatellite venit
Certamen viſura nouum: et ſine nomine turba
Plurima. Substratis aurata tapetibus alto
Fulget ſella loco. quam vix Marentius oſtro
Splendidus et gemmis late rutilantibus intrat.
Quinquaginta acres animis linguaq; diſerti
Rhetores ad leuam poſitum ascenderet tribunal.
Pellitur e medio vulgus: ſedere latini
Eo de xtram proceres. lagide tenuere ſinistra m.
Ordinibusq; ſilent completa ſedilia longis.
Ingreditur virgo tanti certaminis auctor
Quam circum magno Hasamon ſtrepit agmine licet
Hens fera gens immanis a genere exequore predaſ
Lum miseros aquilo iacit in vada ſyrica nauas
Splendida lucifero ſimilis Catharina nihilq;
Extenuata famæ et roſeo ſpectabilis ore.
Nam deus ut ſeu torqueret pectora regis
Illi ambrosia vultum frontemq; comasq;
Tinxerat et totam cœleſti afflauerat aura
Iuſſa ſedet. trabs alta ligat pendentia pugne
Præmia: ſtant verſis arrecti vultibus omnes.
Euncta ſilent: regis nutu data copia fandi.
Talia tum priuimus ſumpſit primordia Rhetor.

Maxime romulidum Lesar: quem iuppiter vnum
Deligit immensi cui sunt consortia regni.
Non ego dicendo laudes equare deorum
Posse puto. nego em fas id mortalibus ullis.
Sed ne tanta leues verbosa licentia lingua
Inflat ut in superos passim conuicia iactent
Pauca loqui suasit pietas. causamq; tueri
Lelicolum. qui te Lesar romanaq; regna
Principis tollunt stuoj; s. qui barbara tandem
Ausonie sanctis domuerunt legibus arma.
Maximus hic orbis gemino qui ntitur axe
Quem decorant eterni ignes: quem circuit ardens
Lumine perpetuo Titan germanaq; phebe
Nil ioue maius habet. sedet alto in vertice mundi
Tartaraq; et terras complexus et equor et aurum
Imperio eterno regit omnia iuppiter implet
Omnia mente gerens animo procul aspicit omne
Tempus. et incumbens cubito vigil excubat: ipsi
Nulla quies et summa quies. ab origine factum
Seruat opus: semperq; nouis noua corpora formis
Suscitat. ex astris animas vitalibus haurit
Quas in membra pluat: mox vite munere functas
Euocat ad celos iterum post tempora soli
Nota sibi rursum emitit rursumq; reducit
Hoc opus est quod fine caret: sed summa voluptas
Ipsi operi coniuncta quies eterna vocatur
Ipse sibi tantq; molis ne solus habenas
Flecteret ut tanti facerent communia regni
Gaudia progenuit natos: quos sustulit inter
Sidera ut ex alto curent mortalis celo.



Sic venus et pallas sic mars seriesq; nepotum
Surgit: ut Aeneas et Romæ conditor urbis
Romulus: et claro stellatus in ethere Læsar.
Indigetesq; alij: quorum tutela iacentes
Dirittitur in terras. Meritis pro talibus ipsi
Cum dare nil melius possint fumantibus aris
Thura ferunt homines. onerantq; altaria donis.
Templa locant: tantoq; deus testantur honore.
Hinc Ephesi moles. dodoneeq; columbe.
Hinc hammonis opus clarijq; oracula phœbi
Eclycie sortes: et delphica phocidis antra.
Namq; hominem miserata graues pia numina curas
Dant varijs responsa modis. instantia bella
Insidias pestemq; monent casusq; sinistros
Ingruere: humanis nunquam tacuere vocata
Supplicij: tumidis pedo cum milite graios
Opprimeret Xerxes miserantum oracula diuum
Vincendi docuere viam: cum punica bella
Cladibus innumeris italos romanac regna
Concuterent diuum phœgiodel littore mater
In latium translata grauem sedasse tumultum
Dicitur: auspicijsq; deo vicisse latinos
Et nedum elecisse suis de finibus hostem:
Sed libykos etiam ferro flammaq; penates
Vastasse: atq; armis birsa in euertisse potentem
Quid referam auxilio iouis et lunonis ab arce
Deiectam senonum gentem: et capitolia fortis
Diuorum protecta manu pestemq; repulsam
Denia cum phœbo satus atq; Coronide nympham
Versus ineffigiem colubri romana petiuit:

Quo sit ut impietas atq; irreuerentia diuum
Sic scelus horrendum: et nullo deleble sacro:
Sacrilegas oderem manus: odere superbos
Numina. Tantilidis natos latona peremit
Jupiter anguipedes congestis montibus ausos
In superos tentare viam. curruq; volanti
Eolidem aggressum tonitru simulare fragorem
Fulmine deiecit. toruq; Lycaona regem
Induit ora fere nudus cute Marsya phebum
Repperit vltorem. temeraria sensit Arachne
Pallida cecropiam. mentite pergama troiq
Ira tridentiferi perterrituit Ennosigei.
Sed quid ego annitor phebo superadderelumen?
Ita satis fulgore sua sententia nota est.
Et scelus a superis habet et sua premia virtus.
Quare age conceptum virgo depone furorem:
Nec tentare deum genus infeliciteraude.
Est thalamis prelata venus prelata puellis
Aubilibus. t; das nisi sis pertesa iugales
Sit tua cura venus. quod si seruare pudorem
Virgineum maius tibi sit tutela Diana.
Numen vtrūq; pium. tua qui iam possidet orbem
Vota secundabit cesar. quid pallida ingres
pone metum virgo infelix. resipisce parumper
Pro generis splendore tui connubia cesar
Clara dabit. nam te Lagidarum a sanguine ductam
Commemorant proauos semenq; imitare paternum
Et cognosce deos quos agnouere parentes
Ante cui. quisnam nugas persuasit aniles?
Ut genitum obscura segniq; ppagine Christum

Flumen habere putes: mundus conicrat in omnes
Christigenas. iam terra rubet iam sanguine ponitus
Spumat: et ex toto penus hoc exploditur orbe.
Et tu docta bonas artes sata sanguine regum
Et formè splendore nitens. gratissima tantis
Principibus magnè domino gratissima Romæ
Et modo florentes annos ingressa iuente
Sponte tibi mala tanta paras: vis ferre latentes
Laceris obscuri tenebras. vis ferre catenas
Extremamq; pati sua inter vulnera mortem:
Ah miserere tui saltem: miserere tuorum:
Deserte miserere domus. lamenta precesq;
Ne contemne tue gentis. depone rigorem
Darmoreum virgo. nec contra iura deosq;
Femineas extende manus. tibi gloria victæ
Maior erit q; victrixi. spes vnicæ tanti
Sanguinis extingui prolempatiere tuorum:
Larminibus tua corda malis possessa retardat
Christus: haud compos mentis cognoscere sanctos
Non sineris monitus: sed mox ut martis ad aram
Flumen adoraris pulsa caligine tollet
Libera mens oculos. et te tua limina lœto
Accipient vultu reducem. quid lenta resistis?
Rumpe moras. nec te clementia Læsar is yllama
Ad scelus inuitat: nec ad importabile pondus
Urgit: opus leue. iucundum. laudabile sanctum
Imperat: id proceres optant. id supplicat omnis
Urbis tua. Quid tantis et sola et femina votis
Non parcere potes. da thura calentia Martis:
Dux tibi Læsar erit. nos te comitamur cunctem.

Sic ait: et Cesare nutu assentitur et ore.

Secundus Parthenices, Liber. iii.

Egia progenies fixis immota manebat

Luminibus turri similis quam saxe moles

R Sustinet: atque omnem fert inconcussa procellam.

Et tali assurgens sermone silentia rupit.

Si mea mens vlo poterat sermone moueri

Hoc fateor compulsa foret: namque omnia rhetor

Attigit humanum quibus est mutabile pectus.

Et factum satis est arti: si invicta remansi

Divine hoc virtutis opus: si numen a besset

Victor erat: grauisbus potui succumbere dictis.

Vietrices habeant lauros pro lataque pugnæ

Dona ferat virtus et non fortuna coronam.

Quod potuit fecit: potui sine numine vinci.

Sed mihi numen adest quo mens arrepta moueri

Nescit ad Euphratem potius sua flumina mittet

Eridanus. Thyberim Tagus influet Abdua Nilum

Ante et Pyrenes Rhodope iuga mittet ad arces.

Taurus ad Athlantem fugiet. Carmelus ad ossam.

Quam mea sanctus amor Christi precordia linquat.

Quam marti et gelidis ponam libamina sagis.

Nec superos odine nec numina sancta nec aras

Fluminibus sacras. verum que numina vanum

Vulgus ait tenebrosa sequens restigia patrum

Numen haberet ego. teneat si iupiter arcem

Aetheream quis tempa ioui quiis sacra negabit?

Sponte ego thura feram. Veneris (si numen haberet)

Flumen adorarem. Phœbū sequar atque sororem

Sis soror et phœbus deū sunt. venerabimur aram.

Palladis ethereo pallas si nata cerebro.
Impius et mergi dignus phlegetonte sub imo
Sacrilego quicunq; deum sermone lacescit.
Sed vetus et toto iam vulgatissimus orbe
Mortales inter miseros effrenuit error
Atq; aliter q; res habeat sentire coagit:
Somnia nec refero: sed quod narramus aperta
Monstrari ratione potest. Dico tunc Rhetor
Quis fuit ante iouem. qui lucida volueret astra?
Qui regeret celi cursum: qui clauderet vndas
Litore: qui leto vestiret gramine campos?
Dundus em fuit ante iouem: qui raptus ab ipsa
Fauce patris coribantum opera translatus ad Idam
Hnosiacasq; domos creteo crevit in antro.
Juppiter est igitur proles humana: propago
Est humana iouis: nullum fecerit quod ipsoe
Esse deos testetur opus: furta arma rapine
Stupra dolis fraudes opera hęc p̄clarā deorum
O insane ho minum mentes: quę credere diuos
Artibus his factos potuere: ardentiis olympi
Artificem fecere hominem: dementia nulli
Admittenda viro Deus est eternus: et ingens.
Nec comprehendens adhuc: nec quę cōprehendere possit
Mens est villa deum. Simplex essentia nullis
Intercepta locis non circumscripta figuris.
Unus et implures nunq; diuisus: ab omni
Conditione p: ocul nostra. mortalia nedum
Omnia: verum etiam vincens cęlestia longe.
Solus hic immensum fecit non iuppiter orbem
Quicq; habet phlegethon quiequid caua viscera terre

Dilectus inest pelago quicquid secat aera penitus.
Londidit: et solus totum hoc opus ipse gubernat.
Quem narras de prole iouis de stirpe deorum
Scenica sunt leuibus vulgo recitanda poetis
Exhibitura iocos populo plausumque theatro.
Iuppiter et proles ita sunt in sidera lati
Uerfera siluosque menees: ut portitor helles
Portitor Europeos. Euriga et Jasonis Argo
Pegasus. arctophylax et raptis miluius extis.
Lesareusque thronus. coma regia. procyon. vrsus.
Coruus. oloz. lepus. ara. canis. lyra. cancer. et vrsus.
Atque alie celi forme: quas grecia mendax
Finxit: et audaci ratum facundia cantu
Non ita naturae speculati arcana sagaci
Ingenio sensere viri. quos attica tellus
Quos indecatulit. babylonisque antiqua magorum
Clara rudimentis. bragmanorumque reposto
Ora iacens mundo nudis vicina sophistis.
Primus Anaxagoras quadam cœlestia dixit
Dente regi. non ille iouem non ille mineruam
Non Maia Semele resatum prefecit olympos:
Non hominum quenque brevibus qui tanta lacertis
Corpora perpetuo nequeat conuoluere gyro.
Aethica cœcopia docuit qui primus athenas
Insignis virtute senex simulachra deosque
Risit: et hic sophie princeps ab Apolline vestro
Dictus. et in circo iussus potare cicutam.
Matre Perictionia veniens a stirpe Solonis
Clarus Aristocles humeris Plato dictus ab amplis
Cum comite Eudoro nostram peruenit ad urbem.

E i

Quicquid ab habremo nostri didicere parentes
Transtulit ad graios. et ab his Academia terro
Orta deos plures auferunt. vnumq; fatetur
Artificem mundi dominatoremq; deumq;
Magnus Aristoteles hominum figura perosus
Lyncea in ethereos attollens lumina tractus
Vidit in hac vnum mundi testudine numen
Et coluit. patrios ideo fugisse penates
Euboicosq; glares fertur petuisse: diemq;
Lalcide supremum longa clausisse senecta
Hic deus errantes miserans in imagine nostra
Venit: et istorum fraudem detectis et artes
Spirituum. sacros quibus indulgetis honores.
Hic deus. hunc vnum colimus. vobisq; colendum
Dicimus. At plures luci preferre tenebras
Et cælo phlegethonta volunt: et funera ritq;
Huius in aduentu vester trepidauit Apollo
Squallidus: et vultu radios contraxit opaco.
Tum cecidere deum statu: simulachraq; miris
Sunt contrita modis. vestri meminere parentes.
Hunc sol yni vates perhibent vestreg; sibyllæ
Secula facturum lustratis a urea seclis.
Huius ob imperium eternum promissaq; genti
Regna suæ nec forma meos nec sceptra nec etas
Sollicitant animos. dona nec mortalia tanti
Ducimus. hoc etiam vestri docuere poete.
Nam quid Lyriopes et graifilius amnis
Uos aliud docui. fragilis quam noxia formæ
Blandimenta malis prebere incendia curis
Et sibimet nec solum alij in ferre venenum:

Et quid opes aurumq; Vide monuere: quid ausus
Quid phætonis equi: nisi quod vota improba regum
Divitieq; abeunt pessum: secumq; ruinis
Inuoluunt grauibus reges regumq; ministros!
Dicite. Plutoni veterum prudencia vatum
Cur subiecit opes: forsitan quia viderat aurum
Exima tellure trahi: sub montibus altis
Dies latet: argenti decor est in viscere terre.
Betica testatur regio Pactolus & hermus
Astipulantur: agunt etem flauentis harenq;
Divitias: fuluumq; trahunt cum piscibus aurum
Et quia sub terris vitam regnare volebant
Quæ tellure latentes diti attribuere profundo.
Forsitan hec fuerit ratio quæ mouerit illos.
Ultera se nobis longe prestantior offert
Ad mores inuenta bonos. studiosa salutis
Lonsona dogmaribus nostris. Concedimus ergo
Divitias orcho. quia sunt fomenta malorum.
Ec scelerum instrumenta. quibus subuertitur omne
Justicie robur. cœcos quibus itur ad amnes
Sulphureosq; lacus regnum implacabile ditis.
Non aliam ob causam mundi saluator iniquas
Appellavit opes. & lucra ferentia mortem
Distribuenda piis hominum manda uit in usus.
Discite vestrorum monitis contemnere quicquid
Est mortale: omnem regna in cœlestia curam
Ferte. nec etati: fluxu neu fidite ritq;
Mobile tempus abit: mora nulla fugacibus annis.
Hunc quoq; dum loquimur Cesar tua præterit etas
Anglia. nec gelidam tardat tua purpura mortem.

e u

Finis erat verbis. uno cum rhetores ore
Hil veriti regem (res admiranda) superbū
Sacrilegum quiddam simulachra deosq; fatentur.
Incestumq; Jouem. subitoq; afflata repente
Numine tota cohors victorem extollere christum
Lepit. et in summam fidei prorumpere laudem.
Torua superciliosus Maxentius ora minaci
Tollit. et accensus flagrantī corda furore
Elata vocat arma manu. citus arma satelle.
Admonet. accursu proceres tenuere citato
Calibus ardentem furij. Subuersa tumultu
Omnia precipiti. Postquam sedata parumper
Ira. leues animos dixit que mouit herinnis.
Quis malus impunita nutantia pectora demon?
Ergo ne feminine potuerunt vertere nuge.
Vos quoq; vos inquam quos defendenda degrum
Causa peregrinis ad nos contraxit ab oris.
Hoc honor exhibitus yobis huc dona merentur
Hoc suspensa colo: sicut nos sic omnia Romē
Flumina negligitis: que tanta ignavia multos
Una puella viros superat. prob dedecus. inter
Billia tot prestantum hominum certaminis huic.
Premia fert mulier. sic rex. concorditer omnes
Respondere viri. quid nos terrere minando
Fliteris illabi manifestum in pectora numen
Sensimus: et rutilare sacro caput illius igne.
Vidimus. et labi flammas ex ore loquentis.
Vincimur a superis. et vici ponimus arma.
Dayeniam Cesari: Christi transimus ad aras.
Juppiter et proles et numina falsa valete.

*caeca et levata qd
nus desideria perire*

*lo cito. quia sunt qd
omni ab alto et primo societas sancta + petrus et similes sicut iustus*

Gastiniate multos Da infal annos

Si la sagelie tua fū carmina digna poteris ratiōnā
Ex plo attutio cōtūmū g̃tūmū g̃f̃tūmū d̃p̃tūmū d̃l̃d̃mū d̃p̃tūmū

Lēslaris exemplū facies exceduit ardēt
Lumina labia tremunt. rauco clamore ministros
Conuocat infandum facinus iubet: ore tragedo
Atq; sophodeo scelus enarrabile cantu.
Tollite sacrilegos clamāt: iugulate deorum profanans ^{profanans} ^{stat. ontinens}
Sacra profanantes: quibusq; epulauda per agros
Ecce date. h̃c illis s̃int p̃remia: vadat ad r̃ib̃os
Fama peregrinas: tante victoria pugne
Has habeant lauros. h̃c gloria lēgnibus esto. origā S. mythic
Ite rogum ingentem struite. et data corpora flammis
Et cīnis equorēas vēto rapiatur in vndas.
Talia fulmineo iaculans late intonat ore.
Ectonici tremuere omnes. feralebus armis
Circumfusa cohors vinctos p̃ectoria ducie
Rhetoras et magno circumstrepit agmine milles.
Voce recedentes tali Latharia monebat
Ite triumphales anime: superate sydannū
Ite alacres. hodie vobis reserantur olympi.
Limina. momentū mors est. vbi transiūt ethere
Panditur. et liber petītīgnea spiritus astra.
Ite domos celi sanctosq; intrare penates.
Ite sequar. nec vos sacri iactura lajuacri
Terreat: abradet scelus omne salutifer ignis.
Fle mōra. comportant alij ſarmenta tristesq;
Wateria in arenem: et silue virgulta saligne.
Et piceas alij pinos et odora cypresi
Robora iuniperi ramos. campoq; patent
Conſtruxere pyras. adipē ſomentaq; flammis
Plurima ſub̃i ciunt: oleaq; liquoribus addunt
Sulphura certatum: tolit omnis turba. viq; q;

ut b22m
Eruunt hominum turbas, velut aggere fracto
Lum Padus in virides spumanti vertice campos
Insilit euertens segetes, speiq; obruit anni.
Subiecere facies, salit ardua flamma comamq;
Spargit, et in nubem fumi glomerantur opacam:
Locipiunt vincos bini, stringuntq; retorto
Fune manus, et fune pedes, faciuntq; per altos
Ingenti clamore rogos, fugit ignis, et ardor
In mentum salit atq; comas stridore corusco.
Tanta sacerdotes alaci spectacula vultu
Conspiciunt: tabuliscq; suuant incendia tactis
Lesaris extollunt animos: virginis ministros
Et rediisse deum libamen, et orgia gaudent
ignis no. 1. et 2. et 3.
corpora
Extinctis mox busta viris cecidere nec artus
In cineres abidere togas, et corpora lambens
Leniter abstinuit viresq; coercuit ignis
Ipse suas sanctos veritus tractare sepulchro
Christigene intrepidi sublata cadauera ponunt
Suppliciter flentes, et tristia funera ducunt.
Ledis adhuc audius Lesar: nec criminе tanto
Territus at multo madidus post prandia baccho
Dandat ab obscuris foribus cecoq; reuulsa m
Larcere victricem mensis astare puellam.
Illa catenarum strepitu per lata sonante
Atria nil pauitans duri subit ora tyranni.
Composito vultu, et frontis feritate parumper
Vix tandem posita, ficto rex pectore satur.
Regia progenies virgo tua maxima virtus
Insigni nobis hodie certamine nota
Conciliare potest tibi me: nisi nostra vereri

trahens
Sacra negas. versis igitur palinodia verbis
Est dicenda palam. ne te male numina perdone
Est placanda deum dictis melioribus ira.
Illa quid his iterum nugis me vertere tentas?
Lesar ait. Tu sapia colas: sine numina nobis.
Forsan honoratis lapides: quia creditis olim
Deucaleoneis homines de cotibus ortos.
Talibus accensus dictis *Maxentius* altum
Ferrea clamabat date verbera. verbera lictor
Expedit: et nudos humeros ac pectus apertum
Virginis inuadens crebro ferit impius ictu
Innocuum corpus. miti gemis ore. deumqz
Alloquitur virgo. nostri cape sancte crux
Primitias. animum serua. sit victima fluxum
Corpus: ut habramus seruato pignore sacrum
Fecit et illustrem pecudis crux imbuit aram
Sic mea seruata caro concidat hostia mente.
catergona Sic alt. ex oculis lachrymæ fluxere tenentes
Ora genasqz rigant. largus de vulnere sanguis
Labitur: et terram cedes effusa cruentat.
Supplicio affectam tali iubet ire sub umbras:
Nullaqz bissenis preberi alimenta diebus
Uertitur abstergens oculis gemebundaqz pectus
Uelat: et in noctem lachrymans descendit opacam.
Est locus coos phebi nascentis ad ortus
Arouus attollens vicina cacumina celo.
Thraicia maior rhodope sublimior ossa
Pelion emonium superans et culmen olympi
Laucaseasqz niues ubi sunt iuga maxima Tauri
Ilic perpetuo vernantia gramine rura

Perpetui fructus eternaqz gratia florum.
Eternaqz temperies semper sine nubibus aer
^{last} Lypidus. Auster abest. boreas non sibilat. Eurus
Ecclat occidua Zephyrus non murmurat aura.
Hic primæua quies homini ieiuna prinsquaz
In felix vœta viciasset guttura fruge:
In medio fons est lato pulcerimus orbe
Quattuor vnde fluunt occulto flumina cursu.
Nam tria secretis delapsa meatibus arcto^{flumina}
Versus eunt: at mox verso reuocantur in austrum
Tramite. ad ethiopes combustaqz solibus arua
Defluit assiduis quartum. ^{flumina} Heremqz refuso
Burgite complectens memphitica regna peragrat.
Ad vitrei fontis ripas in margine leto
Sunt oleq pingues. sunt medica mala. Cypresi
Et semper virides lauri. palmetaqz longis
Frondbus: et pini pingues: et myrtlea silua.
Sunt et odorate Ledri secundaqz semper
Ficus: et yna gra ui pendens in palmito. pruna
Lerea. iuglandes. et amygdala. purpureumqz
Quod tulit arctois pomum Lucullus ab aruia.
Prata sub arboribus raris florentia semper.
Lilia. serpillum. Narcissus. amaracus. omne
Bramen odoriferum. violæ rosa. balsamus: arbor
Thurea. myrrha. thymum. buxus. terebinthus. amomum
Ardus. et Aliacis frondes rorisqz marini
Irriguo circum riuos sua brachia tendunt
Innocui vitreo ludunt in gurgite pisces
Uera distendunt pecudes. hic nulla leonum
Semina. non serpens. nec cauda scorpius vnta.

anula d' flumina q
d' antifa

palma - ^{in partibus}
lunqz p. ^{in bosforo}
virgulta ^{et arbor}
quod a portat
fructu bono et
vnde. eni odore
cerasus ^{et arbor}
en odorant p. b.
heroz no sossup
mari d' herz
p. r. illu ^{in gloria}
heroz b. d' stro
buxus ^{et arbor}
anamomum cana
innonia fistula
buxus d' charal

Omnia tuta. cubant lepores: nec bella nec vllas
Insidias metuunt: cantu nemus omne volucrum
Personat: et florum per summa cacumina nectar
Libat apis. lectumqz cauis opus aggerat antris.
Auncius ante pater summa quem miserat arce
Virgineo occurrentis morbo casusqz futuri
Præcius inde fauos illis et mella diebus
Pomagz decerpens dapis inconsueta ferebat
Xenia desertæ trans equora lata puelle.
Hec sunt illa quibus felicem pabula vitam
Helias et soch longæua in secula ducunt.
Omniaqz infuso curauit vulnera moly.
Doly quod omnigenis fecit deus utile morbis.
Algra subest radix: viridis coma. floribus albet.
Jam bissexa dies ierat. reuocatur ab umbris
Ambronium vultu referens Catharina decorem.
Nec tenuata fame nec tristis squallida nocte.
Lesar ut asperit solitum decus oris honesti
Fraude ministrorum pastam putat. estuat. ardet
Uociferans. trepidat mugitu regia tanto
Non secus ac naure pelago cum turbidus imber
Ingruit: et rauco volitat cum murmure nubes
Pulsa noto. tumet vnda. micat pice nigror aer
Ignibus. et tonitru ingenti tonat altus olympus.
Perdite custodes clamat vel mergite ponte
Tergore consutos. sicutilis vel adurite tauris
Iussa citi Saramas Nasamon maurisqz facessunt
Marmaride. Psilli. Numide. quibus vna libido
Sanguinis. accensos miseri raptantur ad ignes.
Vinculaqz injiciunt pedibus. terraqz volutos

Versatosq; luto & sedato puluere terga
Ad tormenta trahunt. nihil illis mollia prosunt
Verba precum. lachrymæ nihil inter verba cadentes.
Nullus longi labor obsequij: votisq; vocata
Flumina nil prosunt. inanet implacabile pectus
Regis & indomitum viris medicamine nullo
Frangitur. o infelix que te inclemens Læsar
Virgo ait innocuos homines torquere coagit.
Non ego terrenis epulis sed ab ethere missa
b. 11. c. b. 11. m. Sum dape pasta die bissex qui pabula genti
Per deserta dedit sol ymæ: cum vecta per vndas
Aequore suspenso panchgo s venit in agros
Ne quoq; certantem pro relligione fidemq;
Asserere audentem pauit sanauit. & ipsa
Parta salus opus esse docet celeste. cicatrix:
Nulla per offensos ferro deprenditur artus.
Incipe sedata fieri clementior ira:
Et neq; sanguineo similem tefinge Neroni.
Sed qualis Traianus erat: vel iulia proles
Augustus: qualesq; tulit gens flavia reges
Et patrem & natum. quorum vestigia debes
Sancta sequi si vis tanto succedere regno.
Dignus eris si iustus eris. clementia reges
Efficit imperio dignos. pro immanibus actis
Crudeli mercede deus tibi digna rependet
Premia. crudeles superi crudeliter vigent.
Vicit fêmeo facundia iuncta decori.
Sedatusq; parum Læsar quo perdita Virgo
Usq; Ioui differs inquit parcere iuuent
Hec miserere tue. Non te seruilibus vias

Obsequijs: nec enim id patitur tua forma nec gas.
Assentire meis aliquando et subde rebelles
Imperijs animos. Quid me respondit inquis
Sollicitas verbis: turpi si pectora voto
Feda geris cur sanctum audes violare pudorem?
Mores suum ceno assuetus sordescere nunquam
Desinis: et mundè nescis assuescere vite
Sicutua te instituit venus: hec documenta tuorum
Lasta deum. Sunt hec quibus assentire iubemur
Imperia: hi monitus: Utrum tua prouida virtus
Consulit utilius nobis humana ne iusta
An diuina sequi? Quod amas deus odit. et audes
Impugnare deum cum sis mortalis: ab urbe
Linibus hęc tam vana meis documenta tulisti:
Erubuit Lesar. sceleris mens conscientia non fert
Iurgia. non audet vultus attollere: seqz
Aertit ad Ichthybolum: et reuehi pcepit ad umbram
Larcenias: atqz nouis tradi custodibus antrum
Ichthybolum vero cui mens crudelis et atroqz
Ingenium: regi quidnam vulgaribus inquit
Hanc penit terrere paras: sub siderenatam
Lredimus hellęo. nam frons marpesia caute
Taurominitana asperior: rigidoqz adamante
Durior ausonios fasces nostrasqz secures
Ridet: et imperio diuum parere recusat.
Lredimus: an iustis dementem vrgere flagellis
Prestat: et imperij causam diuumqz tueri?
Mollia non obstant duris: nec fortia possunt.
Debilibus vinci. nec ligno sapia cauantur
Nec manibus muri. sed duro marmora ferro

Denia contortis magno molimine saxis
Exuimus si auferre paras a virgine Christana
Finge rotas magnèq; aliquor vertiginis orbes.
Et crebris armetur opus mucronibus omne.
Eradicū cultros et curuatura rostarum
Ancipites habeant. Orbis contrarius orbī
Lurrat: et affixos verso secet impetus axe.
Persephone immanes penas et sequa docebat
Supplicia occultis voluens corda impia formis.
Aspera inhumana flexit sententia regem.
Queritur in tota si quis foret urbe Perillus
Atq; Phereclea quisquaz prestantior arte
Dgoalus. aut auctor troianæ clavis Eheus.
Norerat. et medium celi stellata per axem
Cum Joue ducebant nitidi vestigia pisces.
Maximus etherei Christus regnator olympi
Agmine canticum magno stipatus ab astris
Labitur. et nunc transit per cornua tauri.
Intrat ad humentes umbras et triste baratum.
Fit sonus. et nigram subito lux aurea noctem
Dissipat. apparent pulchra sub imagine diui.
Primus Joannes: humeros cui lucida vestit
Pellis: et aurati pendent in tergo rilli.
Alter erat senior Petrus cui candida mento
Lesaries gemineq; micant in pectore claves.
Tercius ardenti Paulus mucrone coruscans
Igneus ore ligant interte guttura gemmæ.
Quartus Joannes aquila signatus: amictu
Lucet in albenti: mentoq; et vertice canus.
Hi primi: sua quæq; ducem stant agmina circum.

infans et non
habet ostium ut p
dant aendo

Nondicit grauus

Squallor abit: fulget paries, circumfusus aer.

odoratam Fragrat, et armenio carcer lustratur amomo.

Tum vultu diuum dominus sic fatur amico.

Hactenus ex alto pugnam spectauimus orbe.

Occulereis tuis procul aspirauimus orsis.

Fortibus hec clare fuerint preludia pugne.

Hunc acie tota pugnatur et omnibus armis.

Hacte et in extremo palmam ne desere cursu.

Pars superest tibi parua vie, iam proxima palme.

Lurris: et apparet grauium suprema laborum

Deta dies feret optatum tibi crastina finem.

Dixit, et ambrosia frontem perfudit et armos.

Et sic fatus abit, dulcisq; adit ethera cantu.

Altera lux aderat, feralis machina celo

Erigitur, populicq; foro concursus aperto

Logitur, horrescunt visu: et crudele fatetur

Io genus insolitum penes derobore querno

Texitur, et bisex cubitis ascendit in auras

Pons, ubi voluendas lictor se attollat ad axes.

Impulsi magnis strident conatibus orbes.

Rostratiq; micant gladij, curvisq; minantur

Dentibus, et paruo inter sed discrimine distant;

Corpus ut affixum lateri e regione locatum

Discerpat latus: atq; uno secet omnia cursu

Membra leues subito procul eiacula data per auras.

Terrificum incutiens animis structura pauorem

Aspectuq; nocens solo, super aurea sedet

Stragula: et a recto spectat Maxentius alto

Loniugis extendens bacchata m ad colla sinistram,

Protrahitur virgo: que postq; immania vidic.

atque multa vero

Lurrere protensis armata volumina rostris
Substitit: et pressa suspexit sidera gressu
Sic memorans. Obsiste pater crudelibus ausis.
Percute dentatos orbes. ostende tyranno
Te ioue contempto ecli terreq; potensem:
Iaficit videat contabescasq; videndo
Quanta tuq; virtus et quanta potentia dextre.
Uicea finierat gelida cum erupit ab arcto
Ventus: et ardenti resonans cum fulgure fulmen:
Brandineq; immixta nimbus caliginis atq;
Disrumpitq; rotas. trabibusq; per aera pulsis
Maxima consequitur strages: quo territa vertat
Turba pedem noctis tenebris inclusa profundet
Flescit: et attonitos frustatum machina labens
Opprimit: auditur clamor: sonitusq; ruentum
Impete cum magno trabium periere ministri:
Quattuor ut fama est rapuit furibunda viorum
Villia tempestas et lapsus ab aereturbo.
Utq; dies claro detergit nubila celo
Detegitur clades hominum. laniata per omne
Membra forum: facies vist: conuulsaque labra
Dentibus exertis: lacereq; per ardua vestes
Culmina tectorum. mixto fluit vinda cruento
Quae superant cladi lugent communia matres
Funera pelleq; lamenta per omnia surgunt
Lompita: in ingenti tota vrbis ploratur aceruo.
Piebis in occasu tantq; gauisa per auras
Persephone volat. ac socios ac demonas omnis
Ad predam cier ex aris ad ytisq; deorum.
Illi precipites altis et turribus adsum:

Loripiuntq; vagas animas. stygiiq; coercent
Funibus in fasces: et in intima tartara voluunt.
Persimiles aquilis quicq; videre volucres
Dulcibus est stagnis tolli: renuentq; per auram
Hare cateruatim: campisq; inferre volatum
Qua rigat effusis Mantoam greiisbus vibem
Mintius intervens iuncis et harundineripas.
Saucia iam dudum ceco regina dolore
Dissimulare nequit flagrantem pectore flammam
Sicq; virum alloquitur. que te immanissime que te
Pestis agit: manifesta vides miracula: nec dum
Irritare deum cessas. tibi me quoq; Christus
Abstulit: et viuo crines in flumine laui.
Hec tua sum posthac. nec me reuerentia martis
Hec Iouis villa tenet: tua sunt hec numina. vincet
Christus: et occubes cum religione deorum.
Cesar ad hec frendens contorquet lumina denso
Torua superciliorum: et clamans noua funera lictor
Poscimus: accipe et hanc: et amare vulnera truncis
Uberibus cesa caput a ceruice reuulsum
Equoreq; volucres habeant. piscabitur illud
Petrus: et inuentum Christi suspendet ad aram.
Hec mora: dum totam magnis v'lulatibus urbem
Dira lues agitat dum cedibus omnia compleat
Persephone exultans et tanta strage superbit
Vincta manus sparsis trahitur regina capillis.
Res indigna nimis: missaq; ad colla capistro
Ducitur ad littus lacrymans: et crine ligatam
Arboris ad ramos patulis que ymbrosa lacertis
Stabat haeno se frondens in margini ripa.

Affidunt probis et multo verbere. tandem
pectore conuulso pharias truncatur ad arces.
Exanimes artus nudant: rapiuntur in aures
Implicitumque comis aurum: gemmisque monile
Divites: et amissio sequit fera turba pudore.
Leu plures cuim nocte lupi inueniererelictam
Desidia pastoris ouem simul agmine facto
Comunem inuadunt predam: atque in vulnera certane.
Dilaniant: caput hic. iecur ille: in clunibus alter
Pascitur: et fauces implent: rictumque cruentant.
Audith horrendum facinus. veniensque repente
Dorphyrinus multo raptum cum milite corpus
Texit humo lachrymatis meritosque exsoluit honores
In felix quatum soris et breuis hora sinebat
Jamque nouas afferte dapes. discumbere tempus
Eclar ait. sat mane Joui superisque litatum
Omnibus: et fuso placati sanguine manes.
Soluete tristiciam: curasque immergite baccho
Debetur noua nupta mihi. namque impia coniung
Per noua iudeo nupsit diuertia Lhristo.
Ferte cados: date creteo de palmito vina.
Donite amyneos latices: chiumque liquorem
Et si quid campana sui vindemia misit
Nectaris: omnigeno spument crateres hiaccho.
Discumbunt. celeres volitant agilesque ministri:
Et mensas epulis onerant: Marentius ira
Iamdudum exustus largo se ingurgitat haustu
Sepius et pergit venas inflare calentes.
Lallida persephone graibus conuiua rixis
Immiscere volens sumptis pteruolat alio

Aequoream simulans volucrem. petit ardua nubes
Itqz reditqz frequens. dicitqz per aera gyrum:
Barituqz sonat pluuiio. denunciat inquit
Ichthybolus ventos tempestatemqz futuram
Jam pelago furor: et nautis grauis ingruit imber.
Cesar ut audinit pelagus. succurrat imago
Loniugis ad litus. cesar iubet ire ministros
Necropolumqz trahi: et conditellure cadauer.
Responde reducem iam dudum funere ducto
Porphyrium veteri regum imposuisse sepulchro.
Ecce iterum lachrymas iterum ciet ira furorem:
Letaqz subuertit precepis conuiuia luctus.
Porphyrium Cesar tunc e regione sedentem
Pallidus et stomachum vultu confessus opaco
Eilloquitur. Quid me in uito violenter ademptum
Corpus humas? Quæ religio? quæ cura meorum
Proutius: ardorem mentis ratione gubernat
Et placidis mulceri bacchantem vocibus iram
Porphyrius. Nobis Cesar fore dedecus inquit
Immortale ratus si peruenisset ad aures
Urbis id infandum facinus quod percitus ira
Incomposqz tui manda: celanda putauimus
Corpora defunctæ: et sceleris monumenta nefandi.
Sed furor impatiens freni: mitescere nulla
Uoce potest. similisqz Paditorrentibus vndis
Destino cum sole nives saxosa gehennæ
Præcipitant inga: si cursus occludere tentas
Obijce contortis crescunt spumantia terga
Vorticibus: semperqz magis violenta superbis
Longeris: tumidaqz premit retinacula mole.

F i

Donec iter gurses agat indignatus aperitura
Quid scelus excusas hominum turpissime Lesar
Inquit et ignava regem grauitate lacessit:
Omnia Thersites similis quid gutture latras:
Sardana paliaco: pallenti excanduit ore
Dux animo dextraque potens clareque superbus
Militie titulis: voluitque inuadere pectus
Lesaris: et capulum dextra complexus eburnum
Destitit ardenter virtus compescuit iram.
Atque ita suspirans fatur Quid fida tuorum
Pectora Darenti verbis premis acribus: Et quid
Leto procelloso turbas conuiua vultus:
Sitibi causa minus placuit recitata: fatebor
Altera causa subest potior: Sepelire iacentem
Religio Christi dominam meiussit: et ipsos
Rhetoras ante dedi tumulo: Nam flumine viuo
De quoque si nescis lauit regnator olympi
Christus: et abieco verum Joue numen adoro.
Saucius incomposque animi Darentius ergo
Tu quoque carminibus magicis subuerteris: inquit.
Tu magicas artes tu cedem incendiaque aedes
Dux ait: infelix sequere: et scelus omne reuolue.
Ingluuiem nutri duro rape viscera ferro.
Sanguine tinge manus: innoxia membra trucida.
Numina Darenti iustissima. numina tantum
Sunt visura nefas. meritas dabis impie penas.
Expectant te. Thybris aquae calor iste sub vndis
Occidet: et tanquam Pheton temerarius are
Pulsus ab excelso vastum rapieris in equore
Forsitan et inuenies extincere coniugis ora.

Interea pingue nustris delphinibus escam.
Ira (scio) tua me morti iam destinat. vtro
Ibimus: et strictos caput extendeimus ad enses
Intrepidi. nobis nihil est in morte timendum
Christigenis: quibus est aliud post funeral longe.
Nobilis vita genus immortalis olympos
Oppetere est iterum nasci. tormenta subire
Pro virtute pium. triplex contingit origo
Christigenis. vulgata prior: qua nascimur omnes
Semine concepti patrio: cum septima fecum
Luna peragrat vel noua peregerit orbe.
Altera sic natos terris per mystica transfert
Flumina: et ablutos genitrix ecclesia lacte
Fluit ad ambrosie semper viuentis odorem.
Tertia cum sup: ema dies mortale resoluic
Corpus et in cineres opus hoc natura caducum
Tragit ad ethereos orbes emp rea regna
Vt rbi et reduces aios complectitur vlnis
Dulibus et nitida egli pater accipit aula.
Ista fides lorica mihi est adamatina nullis
Peruia fortunae iaculis. dum talibus orat
Porphyrius tumido bilem sub pectori Lesar
Rodit: et impatiens vultus obscurat herynnis
Et circumposita stimulat p cordia flammis.
Dux anum firmante deo nil territus atra
Fronte quid auroci dudum concepta venena
Lorde premis: dixit. ne pars innocia vita
Villa tu dignum venia te reddere possit
Inciperumpe moras. aperi crudelia tandem
Ora. satellitibus diris mea funera manda.

et ipsa dicitur fadde
lafed eti
ambrosia gran et plen
Quintus latin
cimo et farza scriptura
et puluis et alii
ita acutatus
et laud et illi
ignis et ignis et
piz piz gran et piz
ignis latin
louca et o pach
et ioch

f. 107

Membra iubelanianda feris in litora spargi
Defuncti careamus humo: careamus harena.
Corpora iacentur monstris laceranda marinis
Discite crudeli proceres seruire tyranno
Rege sub ingrato sub iniqui principis umbra
Seruitus emitur mors obscurissima longis.
Rumpitur inflatum pectus: mentisq; superbe
Nec frenare potest nec dissimulare furem
Lesar: in extremis ardet iam faucibus ira.
Non aliter q; cum sicco sub somite dormit
Ignis et afflato crebro excandescit et aura
Exilit: et tremule rutilant per nubila flammæ.
Ferte citi procul hinc hominem: date vincula clamat
Lugq; suo totam domino iugulate cohortem.
Quæ ducis infecti traxit contagia: finem
Sacrilegis dabit ista dies. Per numina furo
Per iouis eternum imperium fulmenq; trisulcum
Ibitis ad lethem: stygiasq; videbitis vndas
Dur et tota cohors missis ad colla catenis.
O funesta dies o lamentabile tempus
O furor rabies o detestabile virus
O dolor regum impietas o mortua virtus:
Dicitur: et longa properant ad funera pompa
Ventum erat ad littus. cum dux fortissimus egros
Alloquitur comites turbataq; pectora firmat.
O socij mecum terrena pelagiq; labores
Experti totiens: longiq; pericula passi
Militie quid rosteret presentia mortis:
Quæ celerem cursu Zephyrum volucremq; sagittam
Vincit: ubi fortes animi generosaq; virtus

Lordeg ad horrendos nunque perterrita casus:
Ponite tristiciam. rectos attollite vultus.
Lemite perpetuo fulgentem lumine mundum.
Aethereasque domos. animis ea patria nostris.
Et quid seminea pauide formidine frontes
Despiciunt terras: hodie veniemus in astra.
Sic ait. et Christo sacrum progana canentes
Accipiunt altos pronis ceruicibus enses.
O mors clara virum vita prestantior. olim
Floria cum rapide purgarint secula flammque
Membra memor vestri deus immortalia reddet.
Interea gaudete bonis celestibus inter
Spirituum cetus alacres: et sancta precati
Aumina terrigenis Christi implorate fauorem
Pectora truncata iacent. fusoque rubescit harena
Sanguine. mactata est duplex hecatomba tonanti.
Lumduce bis centum comites in littore cesos
Christigenque effossis mestii imposuere sepulchris.
Et iam prona dies nocti cedebat: et vmbbris
Occiduo radians excelsam lumine Lalpem
Lumfurijs Lesar longis iam fessus et ira
Sic secum. Quę tanta istis constantia: quodnam
Robur inest animis tantum: quę pectora virtus
Inconcussa regit: quę spes: quę premia tanti?
Morte quid expectant obita? Deque credere dignum est
Sanctius his numen: quorum res publica pauper
Quam in nostris qui regna tenent telluris et vnde
Illam ego numinibus gentem melioribus rui
Crediderim cuius terrena potentia maior
Nam si regna dei arbitrio terrena gubernant

F. ij.

Dona

Distribuuntq; suo: qui dant maiora putandi
Daiores libyam Juno regna attica Pallas
Iliacam Phœbus Tarpeium Juppiter arcem
Constituit. regnum regno ceu numine numen
Maius erat. sed christigenis nec regna nec v̄bes.
At fuerit satius tantos sedare: tumultus
Antus interitu. vel si mutabitur eius
Connubio. tantumq; decus seruare lugali
Federe: et has tandem curas extinguere cedis.

Ex Com. andij

Isto lunc d. Genes. d. dico q. sol opt. d. gradus capricorni

Saturni iam bruma dies et leta reducit
Tempora: que nobis patrio celeberrima ritu
Jucundos hyberna sales et xenia poscunt
Ocia nocturne poscunt conuiua mense
Expediam: tristis ne se inter gaudia luctus
Ingerat. interea placidas mihi iuppicer vndas
Aequoris: et cursus dabat ad mea regna secundos.
His dictis placet accito lictore pueram
Duci iterum etenebris: iterum tentare loquendo:

*dia I. laqueus
dico d. s. ifas
d. f. d. quon. chon
f. le. scilicet v. v.
- usorij
ign. sent. - st. asinorij
- d. magno mar
- aliqu. acaput. p.
- et mar. f. loca
- itue pent. d. p. d.
- oriz. /
- obata strum. brum. /
- d. hym. - p. p. r. /
- moxina*

Virgineumq; nouis pedicis captare pudorem:
Quā simul ac vidit sic est aggressus. Amiclas
Trojus assultrū subito expugnauit adulter.
Attua terdens nondum est mollita diebus.
Duricies. Ponti glacies hycanaq; tandem
Frigora et arctoq; vincuntur sole pruine
Tu Hetico sopita gelu vel gorgone visa
In silicem durata ne quis mansuescere. Quercus
Orpheus. Amphion lapides. delphines Arion
Douit: et orpheos senserunt tartara cantus.
Tunue frigidior. tibi ferrea corda: sepulti
Visq; adeo tibi sunt sensus hebetataq; mentis.

*Amida amida
est ppa no. 100,
Bamila amida
ad 3 pte mma
et ppa no. 1
muntatio*

Lumina: ut albentis videare simillima faxo
Loniugis assyriæ verso quæ in marmore vultu
Fluxit et ardentem spectat fugitiua Somoram.
Neu quidnam contra genium moremque iuuent
Mollissemque tui sexus generisque superbi
Stemma supercilios spernis regalia toruo
Imperialis ah demens: tu blandimenta minasque
Despicis. et surda perstas immobilis auræ.
Tu populo spolias urbem: tu coniugere gem.
Bilitibusque ducem: duce Lyrenensis regna.
Et miseremur adhuc: et te seruare parati
Mitibus alloquimur verbis. Senus aspice quantum
Romanu pietate valet. Hitesce parumper.
Si seruire pudet. mecum regnabis habeto
Loniugis extincte thalamos. Romana videbis
Dignia. et incedes latiam regina per urbem
Quod tua gentilis quondam Cleopatra tumultu
Ambit Actiaco tu Cesare digna marita
Accipe largimur sine bello et sanguine regnum.
Sic ait et cœco languet Darentius igne.
Illa velut dorsum medius in fluctibus ingens
Uapulat assiduis et nunquam vincitur vndis:
Desine plura: nefas iterum menubere dixie
Fiu psumus. inserto nuptam manus indicat auro.
Et mihi nunc alacres nitidis coniuvia mensis
Uirque scelerisque parant. hodie subitura mariti
Limen. et e tenebris claros aditura penates.
Nec sum dura. fidem seruo. Tu sanguine gaudeo
Non ego. tu tanti sceleris durissimus auctor.
Hec ybi dicta. videns atroc immora tyrannus

Lyfilia frat illas ducas
Lyoculus de finibus papæ
Okinna / tos / Et stans
et præcario aliæ.

*metropolis est loco
q̄ Horis diffinētū
caput tuū tū
longiora p̄ simili
funeris
fumus 11 Dicūtū*

Prosa
Pectora nec precibus flecti nec verbere frangit.
Spe veneris posita: iubet a lictore necandam
~~Necropolim duci, pullo velata cucullo~~
~~Atq̄ capistratis manib⁹ de carceris antro~~
~~Truditur ambigua faciente crepuscula nocte~~
~~Aemonius Lhiron media iam parte sub umbras~~
~~Juerat: et ledē funestam pignora noctem~~
~~Atere voluebant piceo, niger hesperus ore~~
~~Pallidulo tristi, per celum ascendere vultu~~
~~Uisus, ab aspectu sceleris noua luna nefandi~~
~~Lornua subtraxit: nubes tērmina clausit~~
~~Aethereos ignes et conscia sidera morti.~~
*halcyonos sunt
aunc pīnos qm
pīdēlūn celoz*
Audite halcyones grauib⁹ lamenta querelis
Spargere per littus: mestosq; ad funera cantus:
Aedere, et equoreas volucres dare flebile carmen.
Est locus ad boream pelagi porrectus ad vndas
Densa ubi sylvestrem faciunt spineta recessum.
Areaq; in medio, crebris ibi terra sepulchris
Surgit: et in tumulos fosse cumulantur harenes:
Sacra cadaueribus tellus: polyandzion Hellas
Uoce vocat patria: nudis passim ossibus albet
Urticis umbrösus ager grauib⁹ cicutis
Et nigris ebuli baccis et olente Sabuco.
Lampus iners et sepiuagis domus apta colubris.
Nos ingressa locos duros dum brachia lictor
Expedit inuertens manicas dum explicat ensim
Sanguineum, virgo celum suspergit et ignes
Aethereos, taliq; deum sermone precata est.
O pater exiguae tanto pro munere grates
Soluimus; ingentes autem debere fatemur.

Tu grauibus pressam tenebris in clara vocasti
Lumina: tu manes tu das superare tyrrannum.
Et modo tam vario functam discrimine tandem
Ad palmam regnumq; vocas. Da numine dextro
Egressus animo faciles: redditusq; secundos
In patriam celiq; domos. hanc accipe mentem.
Et prole me ne sperne tuam de fauce reuulsam
Ditis: et oranti famule tua limina pande:
Et si quando memor quisquaz certaminis huius
Implorabit opem. Pater exorabilis esto.
Finierat subito cum vox audita per auras.
Annūimus. secura veni. Tum poplite flexo
Et crucis explicita per pectus imagine lictor
Uerberat orantem gladio. Pro cede cruenta
Lac niueum fluxit: tellus incanduit albo
Sanguine. lingua deum neruis delusa recisis
Personat: et moriens verba imperfecta relinquit.
Læsa solo iacet atq; in celum vita recessit.
Affuit extemplo superum de sedibus agmen
Spirituum duplex: unum quod corpore nudam
Suscipiat mentem. dulcior ad sidera cantu
Transserat. exanimis aliud quod tolleret artus.
Insolita noua luce dies in nocte resulxit:
Atq; repentinum subito cum lumine fulgur
Emicunt ceu cum frangit caua nubila fulmen
Cum grauis ardentem succendit Julius estum
Euolat attonitus lictor: trepidiq; ministri
Corripuer fugam. Toto symphonia clo
Spargitur. et mixta vocum dulcedine carmen
Astra petit. sensimq; abiens discedit ab auro.

Visag per celi tractus ascendere nubes
Lucida persimilis soli lucentior astro
Luciferi: et claro rutilantem lumine caudam
Ducere, et ignifero ferri ultra sidera cursur
Et caput insertare polo. patuere tonantis
Atria curuatus lecto pater obuia rultu
Brachia diffundens retuci dedit oscula nate
Ecce triplici claram radiauit sidere frontem
Altera spirituum legio collegit ab hortis
Balsam iudeis aloes myrrheq; liquorem
Ablutosq; vadis artus et odoribus vinctos
Aereum per iter rubri tians equora ponit
In montes arabum summeq; cacumina Sing
Transtulit. et corpus pario clausere sepulchro
Quod superum fecere manus: O pobsalma semper
Darmor odoratum sudat: quibus egra iuuantur
Corpora: difficiles isto ceromate morbos
Indigenq; pellunt. sacros Alabastraliquores
Atq; salutares lachrymas oleiq; fluentis
Accipiunt guttas. mēbris honor iste sepultus.

¶ Finis.

¶ Francisci Cereti Parmensis Iuris Pontificis
Scholaris studiosissimi in inuidū leōne Carmē.

I Fluide quid tantum iuuat excādescere lector?
Et Rhodij Lingua: ponere sacra foci?
Thersites similis sine sensu et mente loquenti
Luriacis in Uatem verba Lanina pium
Et merito sceleris tanti dabitis improbe penas
Aedere scis grauius q̄ maledicta pati.

Lividè si nescis Superam Regina Poetam
Hunc souet: et Loxo nata parente Dea.
In quarum Laudes quantum certauerit: arte
Pindarica fulgens testificatur opus:
Nulla erat (infandum facinus) reuerentia celo:
Squalidus in culto numine Christus erat:
Hic pius ad sedes hominem reuocauit olympi
Restituens nostro mystica Sacra deo.
Protulit in lucem veterum monumenta parentum:
Quicquid et a Christo lex noua nostra caput.
Ergo tuos tandem mores depone ferinos:
Et memori vatis pectore nomen habet
Detur et Euripidis versum transferre sepulchro
Qui fuit Aemathio conditus ante solo.
Nulla etate tua o ratus monumenta peribunt
Fari dicet Mantus: Virgilijus nepos.

Cecundè parthenices opus diuinum
Dauentriæ impressum. per me Iaco
vum de Bieda. anno dñi. M.cccc. viii
In festo sc̄i Viti et Modesti martyrum.


Beatus vir qui spernit omnia propter regnum

Regnum dei. Et hoc est regnum dei. Quia regnum dei non est tempore. sed eternum. Et regnum dei non est terrae. sed celorum. Et regnum dei non est visus. sed invisibilis. Et regnum dei non est auditus. sed inauditus. Et regnum dei non est tactus. sed intangibilis. Et regnum dei non est sumpsit. sed donatum. Et regnum dei non est subiectum. sed dominium. Et regnum dei non est servitum. sed liberum. Et regnum dei non est mortale. sed immortale. Et regnum dei non est corruptibile. sed incorruptibile. Et regnum dei non est perditionis. sed conservacionis. Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti.

Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti. Et regnum dei non est peruersi. sed recti.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 28